
10756/B

M. Morton Smith

1st edn. Rare

£30



Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30517357




MICHAEL SERVETVS
DE ARAGONIA
C. Fritzsch Sculpsit Hamburgi.

HISTORIA. MICHAELIS. SERVETI.

QVAM.

PRAESIDE.

IO. LAVR. MOSHEMIO.

ABBATE. MARIAEVALLENSI.
ET. CONFIRMATO. MICHAELSTEINENSI.
SERENISS. DVC. BRVNSVIC. ET. LVNEBVRG.
A. CONSILIIS. SANCTIOR.
THEOL. D. ET. PROFESSORE. P. O.

A. O. R. MDCCXXVII. D. XIX. DECEMBRIS.

PLACIDO. DOCTORVM. EXAMINI.

PVBLICE. EXPONIT.

AVCTOR.

HENRICVS. AB. ALLWOERDEN.

STADENSIS. THEOL. CVLTOR.

HELMSTADII.

STANNO. BVCHHOLTZIANO.

308422

PROOEMIVM

§. I.

HOminum genus bonis malisque ſemper permixtum fuiſſe, nemo tam rudis eſt, qui neſciat. Illud inprimis tempus, quo vir immortalis memoriae, MARTINVS LVTHERVS, religionem integritati ſuae reſtituit, luculentiſſima nobis huius veritatis teſtimonia exhibet. Ea enim aetate viri pii & docti viuebant longe plurimi, quorum conatus atque cogitationes unice eo ſpectabant, vt puram verbi diuini praedicationem, legitimamque ſacramentorum adminiſtrationem vbicunque in Eccleſia noſtra conſtituerent atque conſeruarent, quibus quippe notis, vera & genuina Eccleſia, a nothis coetibus diſcernitur. Aderant vero quoque non minori numero, qui his ſeſe opponebant, atque incredibili ſtudio ac deſiderio, ſancta Seruatoris dogmata, labefactandi, imo euertendi, flagrabant. Huius vtriusque hominum generis exempla, vt adducamus, quamquam innumerabilia extent, inſtituti noſtri ratio non permittit. Prioribus igitur plane miſſis, qui Eccleſiam DEI, cuius ſtatus tunc temporis lamentabilis erat, talem reddere, qualem PAVLVS *Eph. V*, 27. deſiderat, allaborabant, ex poſterioribus nobis omnium inſtar erit MICHAEL SERVETVS, *Hiſpanus*, famoſiſſimus ille dum viueret Trinitatis aduerſarius. Huius hominis magnum atque inſigne in Hiſtoria Eccleſiaſtica Seculi XVI.

 nomen

nomen eſt, ob errores, quos plane ſingulares, imo impios fouit, & miſeranda, quae ſubiit, fata. Medici vero adhuc eum, ob excellentem Medicarum rerum cognitionem, venerantur. Namque non ſolum circulationis ſanguinis in corpore humano, primus inuentor fuiſſe videtur, ſed Librum quoque de *ratione Syruporum ad* GALENI *cenſuram* compoſuit, HIPPOCRATISque Aphoriſmum: *Concocta medicari &c.* commentario quodam in medicorum vſum illuſtrauit. Taceo, nec in ceteris ſcientiis eum rudem atque hoſpitem fuiſſe: praecipue Geographiae cultores multum ei debent, eo quod PTOLOMAEI *Geographiam* notis ſuis ornatam edidit.

§. II.

Talis itaque quum fuerit & ſit hodie SERVETI fama, non mirandum eſt, extitiſſe multos, qui hiſtoriam eius conſcribendam ſuſceperunt. PETRVS HYPERPHROGENVS, Gandauenſis, *Hiſtoriam* Saeculo XVI. compoſuit, *de morte* MICHAELIS SERVETI, (a) in quam ANDREAS VOIDOVIVS, Socinianus, Notas ſcripſit. (b) Vtrumque opuſculum nondum quod ſciam, editum eſt. Deinde ipſe IOHANNES CALVINVS multa de vita, morte, dogmatibus & moribus SERVETI commemorauit, in *Fideli expoſitione errorum* SERVETI, quam poſt fata infeliciſſimi hominis edidit. (c) Cuius tamen narrationibus, quum ab infenſiſſimo SERVETI aduerſario profectae ſint, fides fortaſſis non ſemper habenda erit. Taceo, quae ab eodem in *epiſtolis*, a THEODORO BEZA in *vita* CALVINI & aliis de eo memoriae ſunt prodita. His aliisque ſubſidiis nixus, notiſſimus Eccleſiae noſtrae Theologus, CONRADVS SCHLVSSELBVRGIVS, toto *libro XI. Catalogi haereticorum*, quem vocat, copioſiſſime

(a) Vid. CHRISTOPHOR. SANDIVS in *Bibl. Anti-Trinitariorum* p. 7.

(b) Vid. SANDIVM l. c. p. 92.

(c) Extat haec in *Opuſculis* eius *Theologicis* p. 686. edit. Genev. 1597. in folio.

me de SERVETO eiusque doctrina expoſuit. (d) Multa vero hic admiſcet aliena, nec tam vitam deſcribit hominis, quam dogmata, CALVINO potiſſimum duce, exponit ac refellit. Hiſce iungendum arbitror HIERONYMVM BOLSECVM, qui in *vita* CALVINI, parum huic honorifica, de SERVETO ſingularia quaedam memorat: (e) Itaque qui vitam hanc CALVINI, vna cum aliis eius generis libellis germanice vertit, & ineptis non paucis auxit IOHANNIS ENGERDVS, Profeſſor quondam Ingolſtadienſis, vitam ea ſimul SERVETI contineri in extremo libro indicauit. (f)

§. III.

Saeculo XVII. plures etiam in conſignadis SERVETI rebus occupati fuerunt. Inprimis ineunte Saeculo, quum Arminianae lites in Belgio feruere inciperent, multi in hiſtoriam eius accuratiori, quam antea factum, ſtudio inquiſiuerunt. Scilicet qui IOHANNIS CALVINI doctrinam de praedeſtinatione odio habebant, iis nihil erat antiquius, quam vt omnibus eum modis infamarent. Quumque nihil famae eius magis nocere poſſe intelligerent, quam facinus

(d) edit. Francof. 1599. in 8.

(e) edit. Colon. 1582. in 8. Cap. III. p. 7. ſeqq.

(f) Ineptiſſimi & ſimul rariſſimi libelli index ſequens eſt: Summariſche Hiſtoria und warhafftig Geſchicht, von dem Leben, Lehr, Bekäntniß und Ableyben Martin Luthers, und Joann Calvini, auch etliche anderer ihrer Mitgehülffen und Diener des neuoffenbahrten Evangelii. Hic liber primum gallice conſcriptus, deinceps a IACOBO LAINGAEO Scoto Doctore Theologiae Sorbonico, in latinum verſus eſt, iam autem, auctore ENGERDO MDLXXXII. Ingolſtadii, in 4. typis germanicis exſcriptus eſt. Et p. 245. in fine huius libelli haec extant verba: Ende des Lebens, Geſchichten und herrlichen Thaten Joannis Calvini, Georgii Buchanani und Serveti, welcher von Calvino als ein Ketzer verbrennet worden.

cinus illud, quod in SERVETO admiſit, in eo exaggerando valde laborioſi erant. Acuebant ſtudium hominum IOHANNES CVCHLINVS, qui Leydae doctrinam CALVINI de haereticis capitis ſupplicio afficientis publice tuebatur: (g) IOHANNES BVGERMANNVS, qui librum BEZAE de haereticis puniendis belgice verterat; (h) & multi alii, qui tum publice defendebant, exurendos & ſecuri percutiendos eſſe haereticos. Taceo anno MDCVII. hos Amſtelodami apud CHRISTOPHORVM A SICHEM effigiem SERVETI curaſſe aere exprimendam, adiecta eius hiſtoria, aut potius pro CALVINO Apologia. Igitur ARMINII ſectatores ab altera parte libellos quosdam in lucem reuocabant, qui Saeculo iam decimo ſexto contra CALVINVM occaſione ſupplici SERVETI erant editi, vt *Dialogus inter* VATICANVM & CALVINVM, aliosque, quos itidem belgice vertebant. (i) Ne quid nunc de BERNHARDO DWINGLO aliisque commemorem, qui publice hac de re, cum CALVINI ſectatoribus congreſſi ſunt. Eiecti quoque Belgio Arminiani, hoc erga CALVINVM odium & SERVETVM ſtudium non depoſuerunt. REINIERIVS TELLIERIVS eo procedebat amentiae, vt SERVETI libros de *Trinitatis erroribus* belgice verteret: quod eius factum tamen reliqui non probabant. (k) HVGO GROTIVS variis in ſcriptis, inprimis *Voto pro pace*, CALVINVM laceſſebat ob hanc SERVETI cauſam: cui ANDREAS RIVETVS ſatisfacere ſtudebat. IOHANNES VYTENBOGARDVS Hiſtoriam SERVETI in *Hiſtoria* ſua

(g) Vid. PHILIPPI A LIMBORG Relatio Hiſtor. de *origine & progreſſu controuerſiarum inter* ARMINII & CALVINI *aſſeclas*, ad calcem quartae edit. *Theologiae* eius *Chriſtianae* p. 21. 22.

(h) Cf. IOH. VYTENBOGARDI *kerckelycke Hoſtoire* T. II. p. 79. 80.

(i) Vid. LIMBORGIVS l. c. p. 22.

(k) Cf. SIMONIS EPISCOPI *epiſtola* in *Epp. Remonſtrant.* a LIMBORGIO editis num. CCXXIIX. p. 383. edit. tertiae.

ſua *Eccleſiaſtica*, non ſine dedecore CALVINI conſcribebat: (l) cui IACOBVS TRIGLANDVS (m) ex aduerſa factione occurrebat. Mitto reliquos huius generis ſcriptores.

§. IV.

Ex Socinianis Saeculi XVII. IOHANNES PREVSSIVS, Guba-Marchicus *carmen Polonicum* de morte SERVETI exarauit. (n) Multa quoque de eo STANISLAVS LVBIENICIVS, (o) Eques Polonus, & CHRISTOPHORVS SANDIVS (p) memoriae prodiderunt: ut nunc illos praetereamus, qui ſtrictim res eius hinc inde in hiſtoriis aliisque ſuis ſcriptis attigerunt. Ex Reformatis praeter eos, quos iam antea nominauimus, vterque Geneuenſis Hiſtoriae Scriptor, IACOBVS SPONIVS, (q) & GREGORIVS LETI (r) fata enarrarunt SERVETI, quorum tamen neuter aut erroribus caret, aut officio, quod ſuſcepit, ſatisfacit. Plura & meliora IOH. IAC. HOTTINGERVS, vir longe doctiſſimus, attulit. (s) Sed nemo tamen accuratius copioſiusque in hac Hiſtoria verſatus eſt, quam Cl. MICHAEL DE LA ROCHE exul, Gallus: cui, quum ipſa *iudicii Acta*, & plerosque SERVETI libros inſpicere licitum fuerit, longam SERVETI hiſtoriam exarauit, quam primo aliquot epiſtolis compre-

 hen-

(l) In *kerckelycke Hiſtorie* Tom. *II*. p. 73-77.

(m) In libro ejus ſub titulo: *Kerckelycke Geſchiedeniſſen begripende de ſware Geſchillen in de vereenigde Neederlanden*, p. 116. 117.

(n) Nondum editum tamen; vid. SANDII *Bibl. Anti-Trinit*. p. 163.

(o) In *Hiſtoria Reformationis Polonicae* Lib. *II*. Cap. *V*. p. 96.

(p) In *Bibl. Anti-Trinit*. p. 6.

(q) *Hiſtoire de Geneue* Lib. III. p. 256.

(r) *Parte terza della Hiſtoria Genevrina*, *Libro ſecondo*, p. 93. 94. 95.

(s) In *Hiſtoria Eccl. Heluet*. *Tom. III*. p. 545. p. 801.-811. quem tamen Librum nobis inſpicere nondum licuit.

henſam, in *Diario* ſuo anglice ſcripto edidit, (t) poſtea vero, reiectis & demtis nonnullis, additis autem aliis, gallice vertit, ac *Bibliothecae* quam vocat *Anglicae* inſeruit. (u) Hic vir doctus, etſi multa omiſerit, nonnullaque male narrauerit, multa tamen antea nobis ignota, inprimis ſupplices SERVETI libellos, ſententias iudicum in eum latas, & alia in lucem princeps protulit. Mitto GEORGIVM MACKENZIE, (x) aliosque bene multos, qui breuiter hiſtoriam eius deſcripſerunt.

§. V.

Ex Pontificiis praeter LVDOVICVM MORERIVM (y) neminem nouimus qui debita opera hoc ſaxum voluerit. Ex noſtris autem in primis *Vir reu.* PETRVS ADOLPH. BOYSEN eleganti, doctaque diſſertatione *Hiſtoriam* SERVETI complexus eſt; (z) variaque de SERVETO *celeberrimus Lubecenſium Polyhiſtor* IOHANNES HENRICVS a SEELEN annotauit. (a) Expoſuit quoque de eo GODOFREDVS ARNOLDVS, qui IOH. VYTENBOGARDVM maximeſequitur, (b) IOH. FRIDERICVS MAYERVS, (c) IOH. CONRADVS ZELTNERVS,

---

(t) *Memoirs of literature containing A Weektly Acoount of the* State of Learning, *both at Home and Abroad. Volume I. For. the Years MDCCX. and MDCCXI. London, printed by* J. Roberts: *And Sold by* A. Baldwin, *near the* Oxford-Arms *in* Warwick-Lane, *MDCCXII. fol. p.* 349. ſeq.

(u) In *Bibl. Angloiſe Tom. II. P. I. Artic. VII. p.* 76. ſeq.

(x) In *the Lifes and Charactę res of the moſt Eminents writers of the Scots Nation Tom. I.* p. 46. ſq. Edinb. 1608. fol.

(y) Dans ſon *grand Dictionaire Hiſtorique Tom. IV. p.* 378. a. b. Septieme edition. 1694.

(z) Quae Witteberg. Reſp. IOH. ADOLPH. BVHLAV habita eſt MDCCXII. 4.

(a) In *Selectis Litterariis.* p. 52. ſeq.

(b) In *Haereſiologia* P. II. L. XVI. C. XXXIII. p. 402.

(c) In *Praelectionibus de Hiſtoria Socinianorum* p. 14.-17. Gryphiswald. MDCCIIX. 4.

NERVS, (d) CASPAR. CALVERIVS (e) qui SCHLVSSELBVRGII veſtigia legit, reuerend. CAROL. GODFR. ENGELSCALL (f) aliique. Et quis omnes enumeret qui vel in Hiſtoriis vel Polemicis Libris, aut Syſtematibus breuiter huius viri hiſtoriam deſcripſerunt, erroresque votarunt.

§. VI.

Duo vero ſunt Scriptores, in quibus omnium maxime SERVETI Hiſtoriam quaeras, ſed minime inuenias, alter NICOLAVS ANTONIVS, alter PETRVS BAYLIVS. Hiſpanus fuit SERVETVS: ergo decebat NICOLAVM ANTONIVM inprimis eius meminiſſe, qui luculentiſſimo opere ſcriptores Hiſpanos enarrauit. Atque video, VINCENTIVM PLACCIVM, lectorem ſuum ad ANTONIVM ablegare, vt inde vitam SERVETI hauriat. (g) Sed fallitur omnino, vir alioquin doctus. Meminit enim quidem ANTONIVS SERVETI in alio eius nominis, ANDREA: (h) at vitam eius haud deſcribit. Sed puto tamen expoſuiſſe eum vitam SERVETI; (i) verum cenſores Romanos, qui librum eius

 edide-

(d) In *Centuria Correctorum eruditorum* p. 496-505.

(e) De *variis orbis religionibus* Lib. XVI. C. III. p. 443-447.

(f) In *Praeiudiciis ſaeculi moderni nonnullis in capitib. fidei.* Praeiud. X. p. 204-206.

(g) In *Theatro Anon. & Pſeudonym. Lit.* R. n. 2308. p. 536. vbi NICOLAI ANTONII *Biblioth. Hiſpan.* citat. P. II. p. 235.

(h) In *Bibl. Hiſpan. recent.* Tom. I. p. 69. vbi ANTONIVS, ANDREAE SERVETI ſcripta recenſet, his verbis & MICHAELIS meminit: *Diuerſus eſt*, inquit, MICHAEL SERVETVS, *Hiſpaniae haud minus poenitendus ob impietatem, quam* PRISCILLIANVS *olim fuit.* Tantum eſt, aliorum citationibus fidem praebere.

(i) Patet id ex eo, quod in *Praef. g. 4. a.* ait, ſe & haereticorum vitas enarraturum eſſe. Verba eius ſunt: *Ideo & nominibus aliis damnatis, eorum puta, qui vel*

ediderunt, miſereque caſtrarunt, omiſſis omnibus a fide Romano-Catholica diſſentientibus, hanc quoque Hiſtoriam tanquam periculoſam, reſecaſſe. (k) In BAYLIO etiam nihil de SERVETO extat: quumque alioquin CALVINVM a variis calumniis defendat, atque inter alia memoret, (l) eum cum SERVETO Lutetiae collucutum eſſe, haud tamen SERVETI hiſtoriam attingit. Cauſam plurimi facile coniiciunt: inuidiam enim, qua nimis iam flagrabat, vir acutus hic metuebat, atque verebantur, ne ſi hanc Hiſtoriam enarrandam ſibi ſumeret, & more ſuo, libere exponeret, fore, vt eorum animi, qui CALVINO immodice fauebant, nimis exacerbarentur. Ergo prudens tacendum ſibi eſſe, ratus eſt.

§. VII.

Omnes autem, quos SERVETVS ſcripſit libri, quum ubicumque terrarum ſupprimerentur atque comburerentur, factum eſt, ut exemplis flammis ereptis nihil rarius ſit, paucisque quosdam illorum inſpicere licuerit. Ex quo euenit, ut varii a variis hac in hiſtoria committerentur errores, & a nullis fere ſic res geſtae traderentur SERVETI, uti fas fuerat. Eadem de cauſa doctrina eius in hunc usque diem a nemine recte accurateque expoſita eſt. Quamquam & hoc magnam partem ex ſumma ſtyli eius obſcuritate proueniſſe, non diffiteor. Alii igitur Eutychianum eum eſſe, alii Socinianum, alii rurſus Anabaptiſtam, Atheum, & Muhamedanum diſputant: alii Puccianorum

vel ſuperſtitionis Iudaicae, vel ab orthodoxa fide apoſtaſiae rei vixerunt, & mortui ſunt, mentionem non inuidemus, iuſtrum quippe agimus, non cenſuram.

(k) Vid. *Biblioth. Hallenſis nouiſſima recenſ. & obſeruat.* Sect. II. obſeruat. IV.

(l) In *Dictionar. Hiſtor. & Critic.* voce: CALVIN, Tom. I, p. 725. edit. recentiſſ.

norum errorum & neſcio quorum non eum accuſarunt. SERVETVM quidem multis in fidei dogmatibus grauiter erraſſe, extra dubitationem poſitum eſt: ſed & hoc certum eſt, tales ei interdum attribui errores, de quibus ne per ſomnium quidem cogitauit aut cogitare potuit. Nec de propagatione errorum Serueticorum in Italia, Gallia atque Germania, de amicis eius & defenſoribus, de ingenio, de eruditione, de confutatoribus eius & inimicis, aliisque rebus, accurati aliquid in litteras adhuc relatum eſt. Taceo de ſcriptis librisque, de *Ptolomaeo* inprimis, & *Reſtitutione Chriſtianismi*, quo libro nihil rarius eſt, neminem extitiſſe, qui diligenter, copioſe atque dilucide exponeret.

§. VIII.

His aliisque de cauſis nixi ad accuratiorem, ampli oremque SERVETI hiſtoriam conſcribendam animum appulimus. Neque dubitamus, quin hunc noſtrum laborem probaturi ſint omnes, qui veritati & ſolidae Hiſtoriae Eccleſiaſticae cognitioni bene conſultum cupiunt. Conſuluimus omnes fere, quos SERVETVS reliquit libros, partim typis deſcriptos, partim manu exaratos, quos *ſumme venerabilis noſter* PRAESES, nobiscum communicauit: qui & alia, quae ipſe olim hac de re collegerat, noſtris uſibus conceſſit: pro qua ſingulari beneuolentia nos admodum ei obſtrictos eſſe, publice profitemur. Inſpeximus & alia, quibus mentio fit SERVETI, monumenta, nec vllum facile praetermiſimus Auctorem, vel antiquioris vel recentioris aeui, ex quibus apparatum noſtrum amplificare poſſemus. Et horum quidem multi eius ſunt generis, vt vix reperiantur amplius hodie. Interdum & litteras illas contulimus, quas eruditiſſimi aetatis noſtrae viri ad *ſumme vener. noſtrum* PRAESIDEM, de rebus SERVETI quondam exararunt,

 quum

quum is ipſemet Hiſtoriam eius ante decem & plures annos in litteras referre vellet. Nuperrime etiam *vir plurimum reuerendus* MAGNVS CRVSIVS Legat. Danicae in Gallia Paſtor doctiſſimus, Lutetia Pariſiorum quaedam huc facientia ad nos attulit, quibus, quod grati profitemur, & ſuis locis profitebimur, non ſine fructu vſi ſumus.

§. IX.

Interim nemo ſibi perſuadeat, talem nos dare SERVETI Hiſtoriam, qualem dare potuiſſemus, ſi omnibus uti voluiſſemus ſubſidiis, a *ſumme vener. noſtro* PRAESIDE per multos annos collectis, ad nondum digeſtis. Sufficit, nos accuratiorem & pleniorem exhibere Hiſtoriam, quam adhuc a quoquam ſcripta fuit. Equidem in animo antea conſtitutum habebamus, de *eruditione* SERVETI, de *charactere animi*, de *ingenio*, de *amicis*, de *aduerſariis*, de *confutatoribus*, de rariſſimo eius libro, quem *reſtitutionem Chriſtianismi* vocat, ex inſtituto agere, ipſius denique doctrinae, quam profeſſus eſt, *Syſtema* ex ipſis eius Libris accuratiſſimum ſuppeditare. Animus nobis erat in hanc inprimis quaeſtionem accurate inquirere: *An* SERVETVS *dudum ante* HARVEIVM *circulationem ſanguinis inueniſſet?* Affirmat id doctiſſimi homines, rerumque Medicarum experientiſſimi: ex quibus nunc GODOFR. GVIL. LEIBNITZIVM, (m) HENR. WOTTONVM, (n) SAM. MASSO-

(m) *Diſcours de la conformité de la foy avec la raiſon* §. *XI.* p. 17. & in *Litteris* ad *ſumme ven. noſtrum* PRAESIDEM a. MDCCXVII. d. 24. Sept. exaratis.

(n) *Reflections upon Learning* p. 42.

MASSONVM, (o) IOSEPHVM MORLANDVM, (p) IACOB. DOVGLASIVM (q) tantum nomino. Atque fateor, verba eius, quae SAM. CRELLIVS (r) praeter alios publice legenda dedit, in hanc pene ſententiam Lectores inducere. Nos auxilio inprimis Viri in his rebus magni celeberrimique LAVRENTII HEISTERI negotium hoc conficere cogitabamus. Conſtitueramus denique longam iſtam & multis libris agitatam de *poenis haereticorum* controuerſiam, quam SERVETI ſupplicium inter BEZAM CALVINVM & multos alios excitauit, accurate enarrare, multorumque in ea admiſſos errores indicare. Tot enim de Libris ἀνωνύμως & ψευδωνύμως in hac lite editis ſunt ſenſus, quod capita. Propoſitum & erat, noſtrorum Theologorum ſententias de SERVETI morte exponere atque oſtendere, ſemper eos Reformatis crudelitatem in SERVETVM exprobraſſe; qua occaſione de MELANCHTONE & VRBANO REGIO dicendum fuiſſet, quorum vterque non improbauit ſeueritatem Geneuenſium in SERVETVM. Denique & quantum ignis SERVETI apud Pontificios ardoris accenderit, ad purioris doctrinae profeſſores vexandos & de medio tollendos, multis teſtimoniis decreueramus oſtendere. Aſt quum tempus, quod labori huic deſtinare potuimus, opinione citius effluxerit,

---

(o) *Hiſtoire Critique de la Republ. des Lettr.* Tom. *VI.* p. 350.

(p) *Diſquiſitions concerning the force of the Heart.* Lond. 1714. 8. p. 79.

(q) In *Specimine Bibliographiae Anatomicae* p. 189. Lond. 1715. 8.

(r) In *Bibl. Bremenſi* Claſſ. *I.* Faſc. *V.* p. 757.

fluxerit, in *hiſtoria uitae & ſcriptorum eius* hac vice ſubſtitimus. Quod ſi DEO placuerit, vberiorem harum rerum omnium expoſitionem breui dabimus. Interim fruantur hocce labore noſtro, qui rectius ſtudiis favent, pluraque nobis, ſi quae habent, ſubſidia impertiant. Nos nihil aliud in votis habemus, quam vt DEVS hunc laborem fauſtum atque felicem efficiat, reddatque.

§. I.

QVi vulgo MICHAEL SERVETVS vocatur, is ſe ipſum in inſcriptione Librorum & Dialogorum de Trinitate, MICHAELEM SERVETO dixit. Nomini ſuo haec verba addit: *alias Reues ab Arragonia*, quibus vltimis verbis Patriam indicare voluit. Vox autem *Reues* (a) Anagramma videtur eſſe, ex nomine eius, abiectis litteris TO, compoſitum. Sunt, qui eum *de Renes* (b) ſiue *de Rennes* (c) appellari perhibent. Sed hi

(a) Sine dubio hoc verum Serueti nomen fuiſſe putat VINCENTIVS PLACCIVS, *in Theatro Pſeudonym. Lit. R. n.* 2308. *p.* 536. ita ſcribens: MICHAELIS REVEZ *ab Arragonia VII. Libri de Trin. Erroribus Baſileae* 1531. 8. Falſum autem hoc eſſe ipſa inſpectio docet, non enim ſub MICHAELIS REVEZ, ſed MICHAELIS SERVETO nomine hi libri prodierunt. Citantur etiam ſub hoc nomine a GESNERO *in Bibl. Vniuerſal. fol.* 512. *col. a.*

(b) Hoc nomen quidem in ſecunda horum Librorum editione legi, CHRISTOPH. SANDIVS ait in *Biblioth. Anti Trin.* p. 6. Sed homo fallitur. Nec enim vmquam iterum tum temporis editi erant *Libri de Trinitatis erroribus*. Quod ſi vero *Dialogos de Trinit.* intelligit, itidem errat: in quorum indice perſpicue legitur *Reues ab Arragonia*.

(c) Licet & hoc apud ALPHONSVM LINCVRIVM, ciuem & diſcipulum SERVETI apud SANDIVM l. c. p. 6. occurrat, tamen nuſpiam extat, hoc nomen SERVETVM ſibi ipſi adſciuiſſe. Fallitur igitur inter alios IO. CONR. ZELTNERVS *in Centuria correctorum eruditorum p.* 496. ſic ſcribens: *Nam quamquam varia ſcriptis ſuis ſubiecerit nomina*, vtpluri-

hi ſine dubio falluntur, nec vsquam id nomen SERVETVS ſibi aſſumſiſſe, legitur. MICHAELEM vero VILLANOVANVM eum ſeſe appellaſſe, certum eſt, quod nomen a patria ſibi adſciuit, (d) vt in indice PTOLOMAEI, quem edidit, aliisque Libris videre eſt. Ceterum ab ANDREA SERVETO diſtinguendus eſt, (e) & aliis *Villanouanis*, cum quibus eum temere nonnulli confuderunt. ANDREAS enim SERVETVS *de* ANINNON Iuris Profeſſor Bononienſis, & poſtea in ciuili regni Arragoniae curia Senator fuit, ſcriptisque quibusdam iuridicis Seculo XVI. inclaruit, cum quo ſine dubio CHRISTIANVS LVPVS eum confudit. (f) Et nominis VILANOVANI varii fuerunt viri, olim de Republica litteraria meritiſſimi.

vtplurimum tamen ſe vocaſſe Rennem ab Arragonia, conſtat. Non enim variis ſcriptis ſubiecit nomina, neque ſe *Rennem ab Arragonia* vnquam vocauit. Et quamquam STANISLAVS LVBIENICIVS id confidenter ſatis quoque teſtetur *in hiſtor. Refonm. Polon. L. II. C. V. p.* 96. nos tamen nihilominus de huius rei veritate, nondum ſatis conuicti, merito dubitamus. Nec minus falſa ſunt, quae ZELTNERVS l. c. p. 497. refert; *mox Reues*, ait, *mox Rennes*, *mox de Rennes in ſcriptis vocari maluiſſe, iam ſatis conſtat.* Sed vnde ? id forſan nemini conſtabit. Ab hoc non adeo diſſentire videtur CHRISTOPH. SANDIVS *in Bibl. Antitrinitar. p.* 6. ſcribens: *Alias dicitur Reues*, *ſeu Renes*, *vel Rennes*, *Villanouani quoque nomine notus.*

(d) Cum MDXLII. Lugduni in Gallia commoraretur, hoc nomen demum aſſumſit. Natus enim erat *Villanouae*, hiſpanice: *Villa nueua*, teſte Cl. LA ROCHE *in Bibl. Angl. Tom. II. p.* 91. 92. ex Actis Iudicii, quae inſpexit.

(e) Mentionem huius fecit NICOLAVS ANTONIVS *in Bibl. Hiſp. recentiori Tom. I. p.* 69. an autem noſtro cognatus fuerit, non liquet.

(f) Is enim *in Scholiis ad Tertullianum de praeſcript. c. X. p.* 260. ſine dubio noſtrum intelligit SERVETVM, ſic inepte loqnens: *Iſtud ipſum promittunt & mandant omnes haeretici*, *etiam* MARTINVS LVTHERVS, IOHANNES CALVINVS, ANDREAS SERVETTVS, MARTINVS BVCERVS &c. vbi male eum ANDREAM nominat.

mi. Vixit tunc temporis THOMAS VILLANOVANVS (g) Archiepiſcopus VALENTINVS, vir ob ſanctimoniam vitae, benignitatemque in in pauperes inuidendis elogiis ornatus,& anno MDLV. mortuus; noſtro itaque coaeuus fuit. Floruit etiam ARNOLDVS A VILLANOVA, medicae rei Seculo XIV. peritiſſimus. (h) Nec SIMON VILLANOVANVS, natione Gallus,

(g) Vitam optimi huius viri hiſpanico idiomate deſcripſit MICHAEL SALON, Theol. Doct. Valentiae. conf. ANDR. SCHOTTI *Bibl. Hiſp. Tom. II. p* 268. 269.

(h) Hic vice plus ſimplicicum noſtro VILLANOVANO confuſus eſt. GVILIELMVS POSTELLVS *in Libro Alcorani & Euangeliſtarum concordiae*, quem Pariſiis MDLXIII. edidit, p. 72. (non 27. vt NAVDAEVS habet) ſcripſit: *Nefarius tractatus* VILLANOVANI *de tribus prophetis*, *Cymbalum mundi*, *Pantagruellus*, & *nouae Inſulae*, *quorum auctores olim erant Ceneuangeliſtarum Anteſignani.* Quae verba autem GABRIEL NAVDAEVS *dans l' apologie des grands hommes accuſés de magie p.* 14. de ARNOLDO VILLANOVANO interpretatus eſt. Iſtam vero interpretationem falſam eſſe, eleganter oſtendit *Monſ.* DE LA MONNOYE *dans la lettre écrite a Monſ.* BOVHIER *Preſſdent au Parlement de Dyon, ſur le livre de trois impoſteurs*, *Menaginuorum Tom. IV. edit. Amſtel.* 1716. 12. *p.* 390. POSTELLVM enim ibi agere de Scriptoribus LVTHERO coaeuis, ARNOLDVM autem VILLANOVANVM tunc dudum iam mortuum fuiſſe monet. Putat igitur MONNOYVS, ſermonem hic apud POSTELLVM eſſe de MICHAELE SERVETO, quem hoc nomen aſſumſiſſe aſſeuerat, at ſimul a crimine, acſi librum de tribus impoſtoribus ſcripſiſſet, liberat. *Tous ces livres*, ait, *qui ont parû ſous le nom de* MICHAEL VILLANOVANVS *ſont rapportez dans le catalogue des Oeuures de* MICHEL SERVET. *On n' y trouue pas de meme celui de tribus Prophetis*, *qui auſſi n' a jamais exiſté que dans l' imagination de* POSTEL. *Ni* CALVIN, *ni* BEZE, *ni* ALEXANDER MORVS *en ont un mot*, *nul des defenſeurs du parti Huguenot*, *lesquels pour mieux juſtifier la punition de* SERVET, *brulé tout vif*, *auoient interêt le conuaincre d' auoir fait ce liure impie*, *ne l' en a jamais accuſé.* POSTEL *auteur ſans autorite*, *eſt le premier tout enſemble & dernier*, *qui le lui ait attribue.* Haec ſunt MONNOYI verba, ex quibus apparet

lum, vir ergregie doctus, ſilentio praetereundus, qui anno MDXXX. Paduae, aetatis XXXV. defunctus eſt. (i) Vt itaque ab his omnibus, eo accuratius noſter diſtingui poſſet, breui horum mentionem fecimus. PERDETVM eum per Scomma vocat HENRICVS BVLLINGERVS, (k) cuius ipſiſſima verba, ne orthographia quidem mutata, infra allegauimus.

§. II.

Natus eſt MICHAEL SERVETO anno Sec. XVI. nono (l) Villanouae in Arragonia. (m) Dum ſacro tingeretur fonte,

apparet illum ne quidem exiſtentiam huius libri, multo minus, SERVETVM huius libri auctorem eſſe, credidiſſe.

(i) Cf. SALOM MACRINVS *Hymnorum ſelectorum Lib. III. p.* 77.

(k) In *praefatione enim reſponſionis Miniſtrorum Tigurinorum ad* IACOBVM ANDREAM, cuius titulus eſt: **Antwort der Dieneren der Kyrchen zu Zürych, vff D. Jacoben Andereſen, zugenampt Schmidly, widerlegen, mit welcher er vnderſtanden, ire Antwort vff H. Johann Brentzen Teſtament gäben, zu widerwyſen vnd zu verwerffen. Zürych** (ut in fine voluminis eſt) **by Chriſtoffel Froſchower.** MDLXXV. 8 ita ſcribit: **Aber bald nach dieſen Dingen** (habito ſcil. cum OECOLAMPADIO colloquio) **weich Servetus (rächter genennt Perdetus) von Baſel ꝛc.**

(l) Hoc ex ipſius SERVETI teſtimonio probari poteſt Cum enim anno 1553. die 28. Auguſti a iudicibus de aetate ſua interrogaretur, ipſe reſpondit: *ſe annum iam quadrageſimum quartum agere.* conf. Cl. LAROCHE *in Bibl. Anglica Tom. II. p.* 79. *b.* Errat igitur doctiſſimus ceteroquin BOYSENIVS, eum exeunte Seculo XV. natum eſſe, aſſerens, *in hiſtoria Serueti §. III. p.* 3.

(m) Vid. iterum LA ROCHE l. c. Villanoua enim oppidum eſt in Arragoniae finibus, quae pars eſt prouinciae Tarraconenſis. cf. CELLARII & CLVVERI *Geographia.* Itaque peccant omnes illi, qui SERVETVM ex urbe Tarracona & Catalaunum fuiſſe, exiſtimant. Tarraconenſis enim quando vocatur,

te, nomen MICHELIS, Hiſpanis vſitatiſſimum ipſi impoſitum eſt. Parentibus gauiſus eſt non Iudaeis ſed Chriſtianis, (n) genitorem nominatim quendam huius oppidi notarium agnouit. (o) Nullum dubium eſt, quin in religione Pontificia natus & educatus ſit, quae tunc temporis, coepta nondum reformatione, vnice in Hiſpania florebat. (p) Praeceptoribus autem, quibus initio vſus ſit, non certo

catur, Tarracona Cataloniae vrbs non intelligitur, ſed prouincia Tarraconenſis. Commacularunt ſe hoc errore LVDOVICVS MORERY in dictionar. hiſtor. Tom. IV. p. 378. ſcribens: *Michel Seruet natif de Tarragone en Eſpagne.* CL. BOYSENIVS l. c. p. 3. & celeberrimus. *Lexici Erudit. Germ.* AVCTOR, ſub nomine: SERVETVS, aliique. Male etiam GODOFREDVS ARNOLDVS *in Haereſiol.* P.II.L. XVI. C. XXXII. §. 3. p. 402. de SERVETO ſcribit: **daß er ſey von Geburt ein Spanier, von** *Tarragone* **aus** *Catalonien* **bürtig.** At, quod I. C. ZELTNERVS l. c. p. 496. putat, SANDIVM ſcil. in *Bibl.* ARNOLDVM & BOERNERVM ad LONGII *Bibl.* S. ſeduxiſſe, vt eum Catalaunum dicerent, id omnino falſum eſſe, inſpecto modo SANDIO conſtabit qui *l. c.* expreſſe eum *Arragonem* vocat. Lepidiſſimus eſt error *indicis prohibitorii* ab ALEXENDRO VII. editi qui f. 119. inter SERVETVM HISPANVM & MICHAELEM SERVETVM ridicule diſtinguit, & tanquam duas diſtinctas perſonas hos denominat.

(n) Ipſe enim iudicibus reſpondit: *que ſon Pere & ſa Mere ne ſont point Iuifs, mais Chretiens, d' ancienne race, viuans noblement;* vid. *Bibl. Angl. l. c. p.* 138. Id autem idcirco notauit, ne quis putaret, eum ex Aethiopum vel Crypto-Iudaeorum genere, qui in Hiſpania magno numero clam commorantur, aut ex parentibus, licet Chriſtianis, at ortu tamen Mauris aut Iudaeis, natum eſſe. Magnae enim laudi hoc ſibi ducunt Hiſpani, ſi ex parentibus Chriſtiani generis ſeſe natos eſſe gloriari queant. Fallitur eam ob cauſam CL. BOYSENIVS, qui SERVETVM, ex horum grege fuiſſe coniicit, *vid. Hiſt. eius Seruet p.* 5.

(o) Nomen autem huius nusquam legitur, conf. *Bibl. Angl.* l. c. p. 79.

(p) Quod alii eum Lutheranorum ſacris initiatum fuiſſe contendunt,

to quidem liquet; (q) id vero luce meridiana clarius videtur, eum ab ineunte ſtatim aetate non nimis caſtigato ingenio, corruptoque iudicio praeditum fuiſſe, animumque

---

tendunt, vt MAIMBVRGIVS in *Hiſt. Arrianismi T. III. L. XI. p.* 339. alii eum initio ZWINGLII doctrinam ſecutum fuiſſe, & CALVINI poſtea collegam euaſiſſe, cum NIC. SANDERO *L. VII. de viſibili Monarch. Eccl. p.* 611. defendunt, id nihil eſt. Sine dubio enim in religione Catholico-Romana educatus eſt, quia haec in Hiſpania maxime floret. Videtur nobis aliud perſuadere velle, *fragmentum epiſtolae*, quam ADAMVS NEVSERVS ad STEPHANVM GERLACHIVM *Conſtantinopoli* 1574. *d.* 2. *Iulii* ſcripſit, cuius verba ſunt: *Nullus noſtro tempore mihi notus factus eſt Arrianus, qui non ante fuit Caluiniſta*, SERVETVS, BLANDRATA, PAVLVS ALCIATVS *aliique. Igitur qui ſibi timet, ne in Arrianiſmum incidat, caueat Caluiniſmum.* Quae quoque verba CASP. CALVOER. de *variis orbium religionibus Lib XVI. C. III.* §. 7. *p.* 449. 450. recitat, recitatisque his in eadem pagina addit: *& hoc* αὐτόγραφον ADAMI NEVSERI *Tubingae ſecum habet* D. GERLACHIVS, Parum curate: quaſi tunc adhuc vixiſſet GERLACHIVS. dudum iam antea mortuus. Verba haec autem ex SCHLVSSELBVRGIO, quem hac in Antrinitariorum hiſtoria ſemper ſe exſcripſiſſe, fatetur l. c. p. 9. recitat.

(q) Muhamedanos eum & Iudaeos habuiſſe praeceptores refert ANDREAS WESTPHALVS *de Libris combuſtis Ep. I. p.* 7. ita ſcribens: *Cuius iuuenis ingenium a praeceptoribus Iudaeis & Muhamedanis litterarum ſtudiis in Africa alebatur*, & I. F. MAYERVS *in hiſt. Socin. p* 14. 15. aſſerit, eum praeceptoribus Muhamedanis ſtudiis operam dediſſe. Arabicos autem viros eos fuiſſe, qui Mauri vocantur, autumat Cl. BOYSENIVS & qui cum eo ſentiunt, loc. cit. p. 3. Sed hos falli, conſtabit ex iis, quae paullo poſt de itinere eius Africano dicemus. Specialem quoque relationem de vita & ſtudiis SERVETI nobis exhibet I. C. ZELTNERVS l. c. p. 497. 498. ita ſcribens: *Quo vero aetatis anno, & cuius ductu, ſuone ipſius Marte ad iſta delapſus fuerit portenta, compertum nondum habemus. Illud conſtat fundamentis ſtudiorum in Arragoniae quodam coenobio poſitis &c.* Sed quis eum haec edocuerit, nec ipſe ſignificat, nec ego diuinando coniicio.

que ad omnem impietatem & nouitatem pronum valde habuiſſe. (r) Hoc enim Hiſpanis proprium eſſe ſolet, vt ſint ad ſubtilitates & inanes argutias maxime procliues, quippe quam indolem calidius eorum clima facile fouet ac excitat. (s)

§. III.

Ex pueris quum exceſſiſſet, & moribus ſupra memoratis, litteriſque humanioribus imbutus ad altiora ſe praeparauit. variaſque poſtea Academias viſitauit. Vnde l. c. ZELTNERVS (t) acceperit, eum in Arragoniae quodam coenobio educatum eſſe, ignotum nobis eſt, vti paullo ante diximus. Id certius autem, eum primo Almam Toloſanam petiiſſe, ibique ſtudiis Iuridicis (u) vacaſſe. Namque haec Academia maximi nominis Iureconſultis tum florebat. Cum vero eo tempore reformationis fama vndequaque ſe diſper-

(r) Nam ſi talis ipſi non fuiſſet animi inclinatio, non facile etiam ad talia portenta delapſus eſſet. Vitam eius improbam fuiſſe teſtatur CALVINVS apud SCHLVSSELBVRGIVM l. c. p. 189. & WIGANDVS in *Seruetianiſmo* fol. 85. b. Verum ex Actis Iudicii, quae LA ROCHE inſpexit, patet id ſaltim, eum iſta non potuiſſe ob naturale corporis vitium peragere, quae CALVINVS ipſi obiecit. *Seruet*, ait, Cl. LA ROCHE, *étoit ſi entete de ſes ſentimens, de ſa jeuneſſe, & ſon eſprit en étoit ſi occupé, que, quand meme il auroit eû toute la vigueur d'un homme, on croira aiſement, qu'il auroit été fort chaſte.*

(s) Optimum hac de re habemus teſtem, ipſum SERVETVM qui *in praefat. ad* PTOLOMAEVM, quem edidit, non bene de Hiſpanis ciuibus ſuis iudicat; *Inquietus eſt*, inquit, *& magna moliens Hiſpanorum animus, felicis ſunt ingenii, ſed infeliciter diſcunt. Semidocti, iam ſe doctos putant, ſapientiam maiorem, quam habeant ſimulatione & verboſitate quadam oſtentant, ſophiſticen plus ſatis diligunt multis nominibus & conſuetudinibus barbariem colunt.* Et mox addit: *Habentur etiam Hiſpani in religionis ritibus ſupra omnes mortales ſuperſtitioſi.*

(t) Vid. §. II. not. f.

(u) Teſte LA ROCHE l. c. p. 79 edit. Angl. p. 349.

diſpergeret, SERVETVS etiam, quo animo quaue fide neſcio, ſacras litteras legit, (x) in iisque perlegendis multa, quae a Pontificiorum ſcitis aliena eſſent, quae iuuenis imbiberat, reperit. Haec vero animum eius, natura ad gloriam procliuem, ita excitarunt, vt ſtatim ex ambitione forſan, aut nouaturiendi libidine de Eccleſiae reformatione cogitaret, ſeque ipſum reformatorem ſiſteret. (y)

§. IV.

(x) Nunquam enim antea S. Biblia legerat, quae ſine dubio & ipſi cauſa per accidens fuerunt, ob quam nouam hanc doctrinam excogitauerit atque defenderit. Nullus enim tunc temporis in tota Gallia Antitrinitarius fuit, ergo vnus ſolus hoc nouum ſibi de Trinitate Syſtema finxiſſe videtur, coniiciente LA ROCGE *l. c. p.* 79. edit. Angl. p. 349. a.

(y) Credidit enim fortaſſis, ſe poſſe iam eodem iure & eadem licentia calamum contra Trinitatem ſtringere, ac Reformatores contra Transſubſtantiationem ſcribere. Singularia ſunt verba, quibus GOD. ARNOLDVS in *haereſiol. P. II. Lib. XVI. Cap. XXXIII.* §. 3. *p.* 402. hac de re vſus eſt; Dieſer *Seruetus*, ſcribens, mochte nicht allein unter denen Papiſten, ſondern auch unter denen *Reformirt*en, damit ſich übel *recommendi*ret haben, weil er auch eine *Reformation* vornehmen wollen, und deswegen ein eigen Buch geſchrieben, welches er *Reſtitutionem Chriſtianismi* genennet. Denn daß er wieder das Pabſtthum gleichfals ernſtlich geſchrieben, geben ſeine Schrifften: und *Lutherus* ſelbſt gedencket, daß *Seruetus* ſo wohl wieder den Pabſt als ihn geſchrieben habe. (im *VII.* Altenb. Theil.) Varia in his verbis obſeruanda erunt. ARNOLDVS enim, quicquid ipſi in mentem venit ſcripſiſſe hic videtur, labemque vtrique Eccleſiae & Reformatae & Catholico-Romanae inferre voluiſſe, ac ſi nullis vtraque vehementius obſiſteret, quam illis, qui vitiorum emendationem & eccleſiae purgationem vrgent. Falſum eſt, (I) Librum hunc, quem *Riſtitutionem Chriſtianismi* vocat, omnem ipſi moleſtiam ac inuidiam conciliaſſe. Falſum (II) eum reformationem quandam proprie ſic dictam ſuſcipere intendiſſe. Falſum denique (III) LVTHERVM libri

§. IV.

Sed quum intelligeret, in Gallia vix fieri poſſe, ut, quae animo conceperat, in lucem ederet, ob vexationem illorum, qui doctrinam Euangelii amplexi erant, in Germaniam, vbi maior ingeniorum libertas, conferre ſeſe decreuit. Toloſa igitur relicta, vbi per triennium prope haeſerat, per Geneuam Lugdunumque in Heluetiam, & Baſileam quidem, ſeſe recepit. Baſileae autem cum commoraretur, aliquot de religione cum IOH. OECOLAMPADIO, celeberrimo ex Reformatis Theologo, coloquia habuit Fuit ibi anno MDXXX., id quod ex BVLLINGERI loco, quem ſubiecimus, luculenter ſatis conſtat. Is vero BVLLINGERVS, commemorabile refert coloquium, quod de hoc homine cum ZWINGLIO OECOLAMPADIVS (z) habuerit; ex quo apparet,

bri huius meminiſſe. Nam diu is poſt LVTHERVM editus eſt; vt taceam ne verbulum quidem de SERVETO in LVTHERI ſcriptis ante annum XXXIX. editis occurrrere, licet curioſiſſime idcirco omnia eius opera perluſtrauerimus.

(z) In *praefatione ad reſponſionem Miniſtrorum Tigurinorum ad* IAC. ANDREAM, cuius germanicum ſupra §. I. not. k. allegauimus titulum, BVLLINGERVS ita ſcribit: Deß 1530. jar, was ich by einem geſpräch das Zwingly hielt beſonders mit dem frommen Gottsgeliebten D. Johan. Oecolampadio vnd mit D. Capitone vnd Bucero, in welchem ſy allein handletend, wie die waar geſund Evangeliſch Warheit vnd Leer, möchte in ſo groſſen vffſatz vnd widerſtand vieler gefürdert vnd erhalten werden. Vnd als ſich D. Oecolampadius ſeer erklagt, wie er zu Baſel ein ſeer frächen vnnd ſtettigen Hiſpanier Michael Servetum hätte, der ymmerdar mit grüwelicheu fragen käme, in gräßlich beſchwärte vnd übte, vnd Arianiſch wäre. Da er ſorgen müſte, daß er ſine grewel nit allein im Oecolampadio *conferirens* wyß fürbrächte, ſünder vnder andern auch außſtröwte. Daruf Zwingly ſprach: Bruder Oecolampady, da darffſt

paret, quam proterue, & pertinaciter in omnibus ſermonibus de rebus diuinis ſeſe SERVETVS geſſerit. Ex eodem etiam loco quantopere OECOLAMPADIVS cum ZWINGLIO ſtuduerit, ne errores eius latius manarent, patet. SERVETVS vero contra, OECOLAMPADII duritatem accuſauit, id quod ex initio patet epiſtolae, quam mox afferemus, OECOLAMPADII.

§. V.

Obtulerat autem SERVETVS confeſſionem quandam fidei OECOLAMPADIO, de qua non voce modo, ſed ſcriptis etiam inter ſe diſputabant. Et adhuc extant binae OECOLAMPADII

PADII

---

darffſt du zwaren wol zu wachen vnd gut ſorg zu haben. Denn des böſen fräfflen Hiſpaniers falſche böſe leer, würde abthun vnſer gantze Chriſtenliche *Religion*. Denn ſo Chriſtus nit were rächter warer ewiger Gott, ſo were er doch vnnd könte nit ſyn vnſer Heyland. Vnnd were alls das falſch, das die heiligen Propheten vnd Apoſteln die kyrchen geleeret habend, vnnd daß wir meer denn gewüß ſind. GOtt bewar vns das ſ?mlicher grüwel vnder uns nit komme, weder hütt noch niemermer. Darumb lug by zyt darzu, vnd weer mit allem flyß. Löß jm vf ſine fulen argument, vnd verſuch ob du jn mit gutem hällen gründen zu der waarheit bekeren vnd gewünnen mögiſt. Antwort Oecolampadius: das hab ich alles mit jm verſucht, aber ſo ſtoltz vermäſſen vnd zanck,üchtig iſt er, daß alles nit an jm beſchüſt. Sprach Zwingly: Diſe Sach, iſt ein vnlydenliche ſach in der kyrchen Gottes, darumb verſuch wie du kanſt, das deren grüwenlichen Gottsleſterung nit der Lufft gelaſſen werde, zu nachtheil der Chriſtenheit. Haec BVLLINGERI verba accuratiſſime, ne ortographia mutata, deſcripta ſunt, multumque lucis nobis adferunt. Id vero velim obſeruari inprimis, ZWINGLIVM nihil de poena in SERVETVM ſtatuenda commemorare. Monet tantum OECOLAMPADIVM, vt caueat, ne latius ſerpat venenum SERVETI. Ergo tum nondum doctrina de haereticis capitali ſupplicio afficiendis Reformatis Heluetis placebat.

PADII epiſtolae, quas ad SERVETVM dedit, quibus & hanc confeſſionem refert, & reliquam eius doctrinam refellit. (a) Has epiſtolas, operae pretium exiſtimamus, totas huc transferre. Nam exinde, quae tum homini fuerit ſententia, conſtat, quam deinceps aliquoties mutauit, & quem ad modum diſputauerit cum eo OECOLAMPADIVS, liquet. Praeterea epiſtolae OECOLAMPADII rariſſimae ſunt pauciſſimisque viſae. Annus quidem & dies, quo ſcriptae ſint, additus non eſt: facile tamen apparet, eas ante editum de Trinitatis eroribus librum MDXXX. conſcriptas eſſe. (b) Sed en ipſas epiſtolas!

Johannes Oecolampadius Serueto Hiſpano, Domini Spiritum praecatur.

Conquereris me eſſe tibi moleſtum & durum, mihi autem major conquerendi cauſa eſt. Quaſi enim otioſus

eſſem,

(a) Vid. ZWINGLII & OECOLAMPADII *Epiſtolae*, quae Baſileae MDXLVIII. prodierunt ep. I. & II. f. 1. 2. Index libri hic eſt: *Epiſtolae doctorum virorum, quibus cum Euchariſtiae & Anabaptismi negotium, tum alia religionis capita & eccleſiaſticae adminiſtrationis officia noſtro ſaeculo perturbatiſſimo in primi obſeruatu vtilia, continentur* 1548. fol. ſine loci & bibliopolae nomine.

(b) Fallitur igitur Cl. LA ROCHE, dum putat, haſtuas litteras refutationem libri de Trinitatis erroribus eſſe. Eo enim tempore, quo OECOLAMPADIVS has exarauit litteras, librum illum lucem nondum aſpexiſſe, conſtat. Ita vero Cl. LA ROCHE in *Bibl. Angl. l. c. p.* 85. ſcribit: *Oecolampade écriuit auſſi deux lettres à Seruet, touchant ſon Livre. Il le refute d' une maniere fort ciuile.* Caſtigari quoque merentur GODOFR. ARNOLDI verba, quae in *haereſiol.* Part. IV. Sect. II. n LIII. §. 4. p. 444. ita ſe habent: Es ſcheint daß OECOLAMPADIVS ihn zuvor in der Schweiz gekennet habe, doch er hat geurtheilet, man ſolte ihn nicht umbringen, ſondern verlachen. Nusquam autem hoc iudicium extat OECOLAMPADII. Sed id moris ARNOLDO, vt multa ex ingenio fingat, quae nusquam ſcripta extant.

eſſem, obtrudis mihi, quicquid de Trinitate Sorbona ineptiit. Ægrè fers, quod Athanaſium & Nazianzenum, optimè meritos Theologos, probem, nec more tuo confutem. Contendis, tanto tempore Eccleſiam Chriſti à fundamento fidei ſuæ amotam. Non pateris, ut ad declarationem nominibus novis utamur: quod tamen tibi permittis, in fingendis gloſſis pro tuo arbitrio. Tertulliani maior eſt honor apud te quam totius eccleſiæ. Fingis, quaſi nos humano more de filiatione Dei loquamur, & crude faciamus filium Dei, aboleamusque honorem filii Dei: id quod tum cum ſumma blasphemia facis, deprehendo enim diabolicas illas verſutias. Interim dum non ſummam patientiam præ me fero, dolens Ieſum Chriſtum filium Dei ſic dehoneſtari, parum chriſtiane tibi agere videor. In aliis manſuetus ero: in blasphemiis quæ in Chriſtum, non item. Sed paucis iterum agam, & rationem fidei reddam: non ut curioſo & contentioſo ſatis faciam, ſed ne vane perpetuo glorieris. Tu negas in una perſona duas naturas: ego juxta Iohannem dico: Verbum caro factum eſt. *Utique verbum & caro uni tribuuntur perſonæ: & negari nequit, aliam eſſe naturam verbi, aliam carnis: neque natura verbi eſt natura carnis, neque natura carnis eſt natura verbi. Tu dicis* Verbum *eatenus dici filium, ne forte verbi à filio (hominem intelligis) diſtincta perſona cenſeatur. Sed injuriam facis patribus; nam ideo dixerunt* Verbum *filium, quia omnem patris naturam in ſe habet. Eum & conſubſtantialem patri filium dicunt, & expreſſam imaginem ſubſtantiæ illius. Et iterum juxta Paulum quum eſſet in forma Dei inanivisſe ſe, & formam ſervi accepiſſe. Tibi vero, prolatio, eſt ipſa carnis generatio. Ego ſcio, verbi prolationem ab initio fuiſſe, & ſemper eſſe apud Deum; non eſt enim verbum, quin proferatur. At carnis generatio, non item: cœpit enim in tempore, ut mundus ipſe. Quod*

ſi

ſi non aliter dicis fuiſſe ab æterno, quam mundum: egregium ſcilicet filium Dei dabis, ſi verbum non aliter fuit filius: quæ eſt mens tua. In principio erat verbum, hoc eſt in principio erat expreſſa imago ſubſtantiæ Dei: *ergo & filius, qui eſt illa imago inviſibilis Dei, tum erat. Tu dicis, in ſcripturis Propheticis ſemper futurum praedicari filium Dei? Non fateris igitur, quod filius Dei futurus erat homo: ſed homo futurus filius Dei. Quo tendit ſermo ille, quam filium Dei non fuiſſe ante incarnationem? Quomodo igitur exiit à patre? quomodo eſt, antequam Abraham fieret? quomodo egreſſus ejus ab initio à diebus æternitatis? Tu dicis: Mundum ab æterno fuiſſe dico, licet creatus ſit à Deo: & idem eſt dicere, filius eſt à creatione mundi ant ab initio, & ab æternitate. Hæc ſcilicet eſt gloria, quam filio Dei tribuis, ut cöeternus ſit patri, ſicut mundus ipſe. At re ipſa tu nec patrem ſinis eſſe. Si enim tibi filius incipit, & pater incipit. En pietatem! Is per quem condidit ſecula, non aliter anteceſſit ſecula, quam mundus ipſe, qui conditus eſt. Sic tu glorificas filium Dei. Confeſſionem tuam quæ ſic ſonat: Hanc fidei confeſſionem teneamus, quod eſt unus Deus omninpotens, ſolus, omnino ſimplex, & nullo modo compoſitus, qui verbo ſuo & ſpiritu ſancto cuncta creavit & corroboravit, quia ipſe dixit & fuerunt, & ipſe mandavit & ſubſtiterunt: & unus Dominus Ieſus Chriſtus filius Dei, æternali verbo patris genitus, qui à Deo conſtitutus eſt nobis ſalvator: & ejus interceſſione, quia patrem rogavit, ſanctus ejus ſpiritus per miniſterium angelorum nobis impertitur: & ſicut Dei gloriam & potentiam, & omnia ejus opera laudamus, & benedicimus & glorificamus & in nomine patris ac filii & ſpiritus ſancti baptiſamur, ad gloriam inenarrabilium Dei diſpoſitionum, quibus pro ſalute noſtra uti placuit. Confeſſionem inquam illam tuam, ſimplex fortaſſis, & nihil ſuſpicans*

cans

cans approbaret. Qaia autem mentem tuam declaraſti, ut fallacem abominor. Fatemur & nos Deum natura ſimplicem, nec ullo modo compoſitum: ſed in illa ſimpliciſſima natura tres hypoſtaſes agnoſcimus, quarum diverſitas naturæ ſimplicitati minimè præjudicat. Fatemur & nos unum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei, ſpiritus ſancti operatione mirificâ conceptum: ſed ante conceptionem filium Dei. Nam quamvis homo filius Dei eſſe cœpit, non tamen idcirco antea non fuit filius Dei, Verbum. Fatemur & nobis conſtitutum ſalvatorem & interceſſione ejus ſpiritum ſanctum â Patre mitti: ſed idèo, quia ipſe filius Dei, ſemen Abrahæ aſſumſit, factus particeps carnis & ſanguinis noſtri: ut factus per omnia ſimilis fratribus, miſericors ſit, & fidelis Pontifex, in iis quæ apud Deum. Porro, quod per miniſterium angelorum ſpiritus ſanctus concedatur nobis, etiam ipſum ſapit neſcio quid. Spiritum enim ſanctum nos Dominum dicimus angelorum, & angelos regerre, ſeque ipſum inſinuare. Glorificamus & nos potentiam & ſapientiam in creaturis Dei: abſit autem ut filium & ſpiritum ſanctum, in cujus nomine baptiſamur, inter opera eſſe, creaturas ponamus: tametſi ſciamus hominem Chriſtum juxta humunitatem, creaturam, & dare divina dona, quæ creaturæ Dei ſunt, utpote divinae illae agitationes, quibus filii Dei â ſpiritu ſancto, & vero Deo incaleſcunt. Proinde ſatis video, quantum tu à nobis recedas: & magis Iudaiſas, quam gloriam Chriſti prædicas. Quod non calore iracundiæ ſcribo, ſed fidem Deo meo ſervare cupio: qui te illuſtret oro, ut revera Chriſtum filium Dei credas, & confitearis: Amen.

II.

Serueto Hiſpano, neganti Chriſtum eſſe Filium Dei conſubſtantialem Joan. Oecolampadius.

OBſecras, ne de Sacramento rem faciam. Ego verò viciſſim oro, ne tu de re ſacramentum ſolum facias. Apoſto-

poſtolus enim vocat arcanum, quod nondum palam annunciatum. Incarnatio quidem arcanum erat aliquando, & nondum res. Filiatio autem vere erat: Verbum *enim Deo Patri coæternum eſt: nam in principio* erat, & erat *apud Deum. Non erat autem tunc ſolum in myſterio verbi, absque ſingnificatione naturali. Quod enim* Deus *erat, perfectiſſime erat. Erat autem in ipſomet* Deo, *& ita apud* Deum. *Et quoniam verbum totam divinitatis paternæ eſſentiam ac naturam in ſe poſſidet ac complectitur, recte & filius dicitur* Dei *patris. Non enim ſolius carnis eſt naſci. An non legis: Quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt? Nativitatis enim & filiationis eſt, naturam gignentis referre: Et non ſolum, carnale initium habere. Sicut & verbum vere dicitur, quod mentem declarat, etiamſi citra fractionem äeris & flatum corporeum fiat. Ita ubique & Irenæus. Et quoniam verbum, id eſt, filius ſemper cum patre erat, per multa demonſtravimus. Adeſt enim ei ſemper verbum & ſapientia, filius & ſpiritus, per quos, & in quibus omnia libere & ſponte fecit, ad quos & loquitur dicens: Faciamus hominem ad imaginem noſtram: ipſe a ſemetipſo ſubſtantiam creaturarum, & exemplum factorum, & figuram in mundo ornamentorum accipiens. Et in eodem, libro 4. cap.* 17. *Propter hoc patrem ſine verbo, id eſt, ſine filio poſſe cognoſcere* Deum. *Et libro 3. cap. 21. Propter hoc enim verbum homo, & qui Filius* Dei *eſt, filius hominis factus eſt, commixtus verbo* Dei, *ut adoptionem percipiens fiat filius* Dei. *In eodem capite, & duplicem eius generationem ponit. Item eodem, cap.* 20. *oſtendimus quia tunc non cœpit Filius* Dei *exiſtens apud Patrem. Ubi ubique apertiſſime verbum* Dei *reipſa filium Patris aſſerit, non ſolum repræſentatione futuri filii. Cæterum frivolum eſt, quod ab ordine arguis: quia Johannes dicit: ut credamus eſſe Jeſum Chriſtum, & eſſe Filium* Dei: *quaſi ut unctus*

ita & filius Dei *eſſe cœperit*; *quum idem Johannes, ita palam ſine tuo additamento dicat: In principio erat* Verbum, *&* Verbum *caro factum eſt.* Demum *quod polliceris te perſeveraturum in hac confeſſione, quod Jeſus ſit filius* Dei: *hortor ut fatearis filium* Dei *conſubſtantialem, & coæternum, propter unionem verbi, ut pro Chriſtiano te habere poſſimus. Vale.*

§. VI.

Verum, antequam pergamus, inquirendum nobis ex inſtituto eſſe ducimus, an verum ſit, quod vulgo perhibent, commigraſſe SERVETVM in Africam, atque ex Iudaeis & Turcis impietatem ſuam hauſiſſe. Innumeri ſunt, qui hoc ita ſeſe habere affirmant, quorum indicem qualemcunque contexuit vir longe doctiſſimus, THEOD. HASAEVS. (c) Sed

(c) In *Bibl. Brem. Claſſ. I. Faſc. V. p.* 760. Iuuat nonnullos ex Sec. XVI. teſtes producere, quorum ille non meminit. GEORG. MAIOR in *Orat. de confuſionibus doctrinarum* 1570. *Witteb.* 8. *edita C. a.* 1. ait: *eum diu fuiſſe in Academiis Numidiae.* PETRVS PALLADIVS in *Catalogo aliquot haereſ. huius aetatis & errorum refutatione*, Witteb. 1557. 8. *Diu fuit*, inquit, *Lutetiae* MICHAEL SERVETVS, *poſtea in Africam traiecit, vt ibi linguam Saracenicam addiſceret, & Mahometi Alcoranum ſua lingua legeret.* Idem teſtatur IOSIAS SIMLERVS *de duabus in Chriſto naturis contra* BVDNAEVM fol. 59. b. HENR. BVLLINGERVS in ſcripto §. I. not. k allegato, d. y. b. ita de SERVETO ſcribit: Servet aber verſtockt zog wyter (poſt diſceſſum ſcilicet a Baſilea, & impreſſionem Librorum de *Trinitatis erroribus*) vnd geriedt in die Tűrgky, handlend mit den tűrgkiſchen geleerten, ſudlat ſich auch wol in den Juden ſchulen, und kam alſo bunt und ſtinckend wieder zu land im Jar Chriſti 1553. lieſʒ ſich nider in Franckreich, vnd verſchuff, das jm ſine fűnff Bűcher getruckt wurdend, falſchlich genennet *Chriſtianiſmi reſtitutio*, ſampt andern mer dann grűwelichen, Gottslåſteriſchen Bűchlinen, kamen in der gröſſe eines nűwen teſtaments,

Sed hi tamen non ſatis inter ſe conueniunt, namque alii ex Gallia, (d) alii ex Hiſpania vero (e) eum in Africam traie-ciſſe

ſtaments, in ein Buch gefaſſet und getrückt. Dann allen den wuſt, den er by Tyrgken vnd Juden yngeſoffen, vnd das er ſünſt auch by jm ſelbs vß yngäben deß tüfels wider vnſern waaren glauben erdichtet hat, das alles ſchütt er mit ſinen Bücheren vnder die Chriſten. Haec omnia praeter veritatem BVLLIGERVS narrat. Nam falſum eſt, eum demum 1553. ex Africa veniſſe, & in Galliam migraſſe; falſum, librum, quem reſtitutionem vocat, quinque conſtare libris, cum quatuor tantum contineat, vt ex inſpectione patet; falſum denique, eum doctrinam, quam ex Iudaeis imbiberat, inter Chriſtianos ſparſiſſe. Falſa alia. Ex his omnibus autem quae adduximus, id ſaltim apparet, antiquiſſimam hancce de itinere Turcico famam eſſe, & vbiuis Seculo XVI pro vera habitam.

(d) Vt SCHLVSSELBVRGIVS l. c. & cum aliis IO. CONR. ZELTNERVS l. c. p. 497. ita ſcribens: *poſtquam Pariſiis aliquamdiu vixerant, in Africam, linguae Arabicae addiſcendi, & Alcoranum euoluendi ſtudio, transfretauit.* Vnde vero ZELTNERVS haec hauſerit, nos latet. Mitto alios.

(e) In hac ſententia eſſe V. C. ANDREAM WESTPHALVM apparet, quando *de Libris combuſtis Ep. I.* p. 7. ait: *Cuius iuuenis ingenium a Praeceptoribus Iudaeis & Muhamedanis in Africa alebatur.* Iuuenem enim, cum eum vocat, tacite etiam concedit, eum in iuuentute ſua ex Hiſpania ſtatim ad Africanos tranſiiſſe. Praeſertim noſtra ætate, in eo totus eſt, vt hanc probet ſententiam Cl BOYSENIVS, qui in *Hiſtoria Serueti* p. 5. eapropter in SPONDANVM, MICRAELIVM & OSIANDRVM inuehitur, SERVETVM ex Gallia Africam adiiſſe ſtatuentes, & oſtendit, falſam eorum ſententiam eſſe, eo quod SERVETVS anno XXI. Sec. XVI. demum Galliam adierit, anno autem XIIX. iter Africanum iam ſuſceperit, quo tempore adhuc in Hiſpaniae finibus delituit. Prouocat hac in re ad STANISLAVN LVBIENICIVM, cauſſae Seruetianae ſemper Patronum, in *Hiſt. Reform. Polon.* L. II. C. V. p. 96. ſcribentem: *Leuis eſt ex Hiſpania in Africam traiectus.* Verum quae qualis iſta concluſio? Leuis eſt ex Hiſpania in Africam traiectus. Ergo SERVETVS ex Hiſpania in Africam eſt profectus. Niſi me omnia fallunt, fal-

lit

ciſſe affirmant. At noſtra aetate Cel. LA ROCHE totam hanc rem ad fabulas amandauit, eo quod nulla huius itineris memoria in *Actis iudicii* extet. (f) Cui accedere videtur SAMVEL CRELLIVS, Socinianorum hodie doctiſſimus (g), qui hoc vrget, quod nullam huius itineris mentionem in *Reſtitutione Chriſtianismi* fecerit. Ac nobis certe, haec ſententia vera omnino videtur, ideo potiſſimum, quod in Ptolomaeo ſuo itinera ſua enumerans (h) ex inſtituto, huius tamen

lit quoque iſta concluſio. Sed quum tote falſa ſit de Africano itinere narratio, non eſt, cur his immoremur.

(f) In *Bibl. Angl. p.* 195. l. c. *Au reſte*, inquiens, *il n' eſt pas vrai, comme de Sponde, & d' autres Ecrivains l' aſſurent, que Servet eût voyagé en Barbarie, pour y acquerir une juſte connoiſſance de l' Alcoran.* & p. 197. edit. Angl. p. 87. vbi errores recenſet, quos LVDOVICVS MORERY hac in hiſtoria commiſit, ait: *Le voyage de Servet en Afrique, pour acquerir, une plus parfaite connoiſſance de l' Alcoran, eſt une chimere, il n' a jamais fait ce voyage.* Rationes autem, ob quas alteram reiiciat ſententiam, in vtroque loco non addit, ſed ἀυθεντικῶς ſolummodo ſcribit: *il n' a jamais fait ce voyage.*

(g) Eius enim eſſe nouimus, quae in *Bibl. Bremenſi Claſſ. I. Faſc. V. p.* 759. ſeq. de MICHAELE SERVETO annotata leguntur.

(h) Ibi enim in *praefat.* regionum omnium, quas vidit & peragrauit, mentionem faciens, de hoc itinere tamen nihil meminit. *Quo magis*, ſcribit, *tyronum animos ad hanc lectionem intenderemus, materna lingua, tanquam faciliore, plurima vrbium vocabula explicuimus, vt cum Gallis gallice, cum Germanis germanice, cum Italis italice, cum Hiſpanis hiſpanice loqui videremur, quorum omnium regiones vidimus, & linguas vtcunque nouimus.* Vt taceamus, eum in deſcriptione Africae ad calcem PTOLOMAEI ne vnica vocula vſum fuiſſe, quae ſuſpicionem, eum ipſum, in ea terra fuiſſe, praebere poſſit, vbi tamen optima ipſi erat occaſio, quae narrabat, ἀυτοψίᾳ confirmandi. Potius, quando de Mauritaniae vbertate verba facit, ad famam prouocat. *Mirum eſt*, inquit, *quod de Mauritaniae vbertate dicitur.*

tamen intineres non meminerit. Quod ſi ita eſt, id etiam ſimul falſum eſſe apparet quod linguam Arabicam in Africa didicerit. (i)

§. VII.

Vnde vero natus fuerit iſte rumor, eum in Africam abiiſſe, & ex Turcis falſa ſua dogmata hauſiſſe, ſi quis quaerat, rationem mihi inueniſſe videor, ex ipſis SERVETI Libris hauſtam. Memorat enim is, tam in Libris de Trinitate, (k) quam in Dialogis de Trinitate (l) doctrinam ſuam frequentiſſime ab aduerſariis ſuis cum Iudaeorum & Mahumedanorum ſententiis comporatam eſſe. Haec doctrinae eius comparatio, cum ſaepius inſtitueretur, ſine dubio multos in hanc ſententiam adduxit, vt crederent, eum a Muhamedanis & Iudaeis inſtitutum eſſe. Rem probabiliorem etiam reddebat SERVETI patria. Notum enim in Hiſpania multos clam Iudaeos verſari, prouinciamque hanc Africae vicinam eſſe. Cum itaque audirent, Iudaismi &

(i) Optime hac de re teſtatur Cl. LA ROCHE l. c. p. 195. ſcribens: *Ce que l' on a dit de l' habilité de ce Medecin dans la langue Arabique, eſt vne pure fiction, qui n' a d' autre fondement, que le pretendû voyage*, ſcil. in Africam. Quam ſententiam noſtram fecimus, contradicentibus licet CONRADO SCHLVSSELBVRGIO l. c. IO. FR. MAYERO in *hiſt. Socinian.* p. 14. 15. ipſoque Cl. BOYSENIO l c. p. 6. & aliis. Etenim quo fundamento hi omnes nitantur nos latet.

(k) Lib. II. fol. 57. a. ſcribit: *Scandalizantur quidam, quia Chriſtum prophetam voco, nam poſtquam ipſi non habent hanc conſuetudinem, videtur eis Iudaismus aut Mahometismus ſi Chriſtus propheta dicatur, nec curant ipſi, ſi ſcriptura & antiquiores prophetam eum appellent.*

(l) Vbi ſtatim p. I. MICHAELEM ex PETRVCCIO quaerentem introducit: *Quibus rationibus aut ſcripturis me damnant.* Cui PETR. R. *nullis, quas ego audierim, ſed clamoribus, & magnorum conciliorum inuocationibus. Quosdam etiam vidi timentes, ne forte ſit nobis haec traditio, ſicut Talmud & Alcoran, quia non redolet Spiritum domini, & ſcriptura in multis patitur violentiam.*

Mahumediſmi poſtulari SERVETVM, Iudaeos in Hiſpania, Turcas in Africa, Hiſpaniae aduerſa, magiſtros eius fuiſſe, ſibi perſuaſerunt. Accedebat quoque hoc, quod SERVETVS aliquoties Alcoranum in Libris ſuis citet, atque dicat, Iudaeos pariter ac Turcas irridere Trinitatis myſterium. (m) Id enim, praeſertim quum Alcoranus ea aetate rariſſimnus eſſet, ſignum familiaritatis cum Iudaeis & Turcis facile interpretati ſunt. Ita tenuiſſimis ex initiis longae ſaepe naſcuntur fabulae.

§. VIII.

Sed relicto itinere Africano, nunc in hiſtoria noſtra ordine pergo. Baſileam anno MDXXX. aut MDXXXI. reliquit, quod ſua ibi intelligeret dogmata non approbari, Argentoratumque ſeſe contulit. Vnde vero ARNOLDVS, eum ex Baſilea relegatum eſſe habeat, neſcio. (n) Argentorati

(m) Ita enim Lib. I. fol. 42. b. & fol. 43. a. dum paullo ante interrogaſſet: *Quis obſecro, Turca Scytha, Barbarus poſſet iſtas, quas* PAVLVS *logomachias appellat, ſine riſu tolerare?* pergit: *Praeterea, quod omnibus his acrius eſt, quantum trinitatis traditio haec fuerit Mahometanis, proh dolor, deriſionis occaſio, ſolus DEVS nouit. Iudaei etiam noſtrae huic imaginationi adhaerere abhorrent, & ſtultitiam noſtram cum Trinitate derident, ac propter huiusce blaſphemias non credunt, hunc eſſe illum Meſſiam, qui in Lege promiſſus eſt. Et non ſolum Mahometani & Hebraei, ſed beſtiae agri nobis illuderent, ſi phantaſticam noſtram ſententiam perciperent, nam omnia opera Domini vni Deo benedicunt. Audi etiam quid Mahomet dicat, nam maior eſt adhibenda fides vni veritati, quam hoſtis fatetur, quam centum noſtrorum mendaciis, inquit enim in ſuo Alcorano, Chriſtum fuiſſe ſummum prophetarum, ſpiritum Dei, virtutem Dei, flatum Dei, propriam Dei animam, Verbum afflante Deo ex virgine perpetua natum, & quod pro malitia Iudaeorum aduerſus illum ſunt in hac miſeria & calamitate.*

(n) Ille enim in *haereſiol.* P. II. L. XVI. C. XXXIII. §. 4. p. 406. multos committit errores, cum de SERVETO eiusque vltima vita ita

torati cum commoraretur, colloquii cum BVCERO & CAPITONE, ibi degentibus, inſtituendi facultatem vehementer deſideravit. Erant enim illi Reformatores Eccleſiae noſtrae celeberrimi. Neque dubitamus, quin voti ſui compos factus ſit, quum ipſe memoret, ſe cum OECOLAMPADIO, BVCERO & CAPITONE de dogmatibus ſuis collocutum eſſe. (o) Qualis vero colloquii huius euentus fuerit, ex eo patet, quod BVCERVS pro concione, teſte CALVINO, vehementer in eum inuectus ſit, eumque crudeliſſimo ſupplicio dignum cenſuerit. (p) Igitur, cum ſua nec ibi probari

ita ſcribit: Es war dieſer Mann A. 1553. ohngefehr dahin (ſcil. Geneuam) gekommen in willens nur durchzureiſen, ſo bald es aber *Caluinus* erfuhr, ließ er ihn anhalten, und in *arreſt* nehmen. Nun hatte er kurtz zuvor noch in Franckreich (dahin er aus Teutſchland flüchtig worden, als ihn die Baßler nach einen gehaltenen *colloquio* verjagt gehabt) ein Buch geſchrieben, und war deswegen zu *Vienne* grfangen genommen, aber bald wieder erledigt worden. Von dar er eine Zeitlang in Italien herumgezogen, und endlich nach Genff, wie gedacht, kommen war. Non vnus hic error.

(o) Verba enim eius, in litteris ſupplicibus, quas ad Senatum Geneuenſem, die XXII. Auguſti, ſcripſit, ſunt ſequentia: *Secondement, Meſſeigneurs, vous ſupplie conſiderer, que na poynt offanſé en voſtre terre, ni alllieurs, na poynt eſté ſedicieux, ni perturbateor. Car les queſtions que luy tracte ſont difficiles & ſeulement dirigéəs à gens ſçavans. Et que de tout le tems que a eſte en Alamagne, na jamais parle de ces queſtions, que a* OECOLAMPADIVS, BVCERVS & CAPITO. *Auſſi en France nen ha jamais par le a homme.* Haec eſt ipſiſſima SERVETI orthographia, igitur non mihi ideo ſuccenſeas velim; Conf. *Bibl. Angl. l. c. p.* 136 137 LA ROCHE *Memoirs of Litterature* London. MDCCXII. fol. Vol. I. p. 375.

(p) Epiſtola ad SVLCERVM CLVI. p. 293. 294. ed. Hanov 1597. 8. *Qnum* MICHAEL SERVETVS *iam ante annos viginti chriſtianum orbem virulentis ſuis ac peſtiferis dogmatibus infecerit: nomen tibi non ignotum eſſe arbitror. Quod ſi librum non legiſti,*

bari videret, nec linguam germanicam omnino intelligeret, (q) denique vnde viueret Argentorati non haberet, eo facilius commotus eſt, vt Argentorato relicto, per Baſileam Lugdunum ſe conuerteret, vbi biennium & quod excurrit, haeſit.

§. IX.

In iſtis regionibus, quas hactenus peragrauerat, nullum omnino dubium eſt, quin ipſe eiusque errores multis innotuerint, praeſertim cum OECOLAMPADIVS epiſtolis, BVCERVS & fortaſſis alii pro concione hominem refutauerint. Sed, an ipſe ſua dogmata inter homines diſſeminarit, vehementer dubito. Conſtanter enim negat in litteris ſupplicibus ad Senatum Geneuenſem, ſeſe cum vllo praeterquam cum OECOLAMPADIO, BVCERO & CAPITONE in Germania de religione collocutum eſſe. (r) Hinc intelligitur, quidnam de illis virorum doctorum ſententiis habendum ſit, qui diu ante eum doctrinam ſuam ſparſiſſe contendunt. Si IO. CONR ZELTNERO, (s) FRID. SPANHEMIO, (t) THEOD. BEZAE

giſti, fieri tamen vix poteſt, quin de ipſo genere doctrinae aliquid audieris. Is eſt, de quo fidelis Chriſti miniſtrr, & ſanctae memoriae D. BVCERVS, *cum alioqui manſueto eſſet ingenio, pro ſuggeſtu pronuntiauit dignum eſſe, qui auulſis viſceribus diſcerperetur.*

(q) Cum enim (vt ex actis iudicii patet) a iudicibus interrogaretur, quam ob cauſſam Germaniam reliquiſſet, hanc cauſſam itineris ſui inter alia attulit: *ſe germanicam linguam non intelligere.* vid. *Bibl. Angl.* l. c. p. 87.

(r) Vid. LA ROCHE l. c. p. 137.

(s) Sic enim l. c. p. 498. ſcribit: *Reuerſus demum in Galliam ſemina errorum peſſima illic diſperſit. Vbi & ſententia eius de Trinitate anno MDXXIII. primum innotuit.*

(t) Qui in *Elencho Contr. cum Socinianis Opp. Tom. III. p.* 797. SERVETI hoc modo meminit: *hinc Trinitatis perſonarum, divinitatis Chriſti, & incarnationis myſteriis infeſtus, iam anno MDXXIII. vt fatentur,* (forte legendum *fatetur*) *ſcripturus de Trinitatis erroribus anno MDXXXI.*

BEZAE (u) aliiſque credimus, anno MDXXIII. in Gallia id factum eſt. A quibus GODOFR. ARNOLDVS (x) non adeo diſſentit, dum, SERVETVM iam ante annum XXV. dogmamata ſua diſſeminaſſe, aſſerit. Verum enim vero, nimis adhuc iuuenis tunc temporis fuit SERVETVS, quatuordecim annorum puer. Ea autem aetate dogmata falſa ſpargere coepiſſe hominem, propriemque ſibi ſectam erigere voluiſſe, incredibile eſt. Adultiorem paulo, anno ſcil. XXIIX. falſas ſuas opiniones publice eum expoſuiſſe HENR. BVLLINGERVS affirmat. (y) Verum & id veritati adverſum vide-

(u) THEOD. BEZAM in hac fuiſſe ſententia ex verbis patet, quibus in *praefat. ad Acta* VALENTIN. GENTILIS vſus eſt. SERVETVS, inquit, *totos annos triginta DEO viuenti maledixit, ac ob triginta annorum blaſphemias execrabiles, & indomitam peruicaciam iuſtiſſimo fuit affectus ſupplicio.* Ex quibus verbis concludere licebit, eum anno XXIII. aetatis ſuae XIV. iam dogmata ſua ſpargere incepiſſe. Anno enim nono natus, & demum anno MDLIII. aetatis XLIV. vltimo ſupplicio affectus eſt. vid. quae de anno natiuitatis §. 2. dicta ſunt. Conf. IOH. MICRAELII *Hiſt Eccl. Lib. III. Sect. II. qu.* 67. p. 880. edit. DAN. HARTNACCII Lipſ. & Francof. 1699. in 4.

(x) Is enim in *Haereſiologia* P. II. L. XVI. C. XXXIII. p. 402. ait: **daß er ſchon vor 1525. ſchrifftl. und mündl. daßjenige bekannt gemacht, was hernach** SOCINVS **weiter ausgeführet.** At falſa ſunt haec omnia, namque (1) expreſſe SERVETVS coram iudicibus id negauit, aſſerens, ſe de dogmatibus ſuis cum nemine, niſi OECOLAMPADIO, BVCERO & CAPITONE collocutum fuiſſe. Conf. ſupra §. IIX. not. b. (2) Id quoque falſum eſt, doctrinam eius cum doctrina SOCINI conuenire; ue quo poſtea.

(y) In Scripto §. 4. allegato inter alia de SERVETO ita fatur: **Als nun der vnſälig grüwenlich Menſch, diß ſin töfelhaffte wyß gefürt vnd triben hat in die 2?. jar?? iſt er zu Genff ankommen vnd beklagt worden ꝛc.** Ex quo apparet, SERVETVM dogmata ſua anno XXVIII. iam publice expoſuiſſe, BVLLINGERVM putaſſe.

videtur, cum anno demum XXXI. *Libros* ſuos *de Trinitatis erroribus*, typis excudi curauerit. Antea autem nihil in litteras publice retulit, ſed litteris modo priuatim ſcriptis, mutuisque ſermonibus ſententias ſuas animo conceptas corroborauit. (z) Mitto alios. Sed fortaſſis plerique, qui *libris de Trinitatis erroribus* nondum editis, eum dogmata ſua ſparſiſſe dicunt, paulo latius verba ſua capi volunt, idque tantum docere, hominem de dogmatibus ſuis cum aliis locutum eſſe.

§. X.

Dum vero de propagatione dogmatum hic nobis ſermo eſt, operae pretium me facturum arbitror, ſi breuiter exquiram: *Num* SERVETI *dogmata eo iam tempore, quo Auguſtana exhiberetur Confeſſio, tam cognita fuerint, vt publice in primo Auguſtanae Confeſſionis articulo, tanquam falſa & periculoſa, reiecta atque damnate ſint.* Omnes fere, quotquot Aug. Confeſſionem bommentariis illuſtrarunt, in ea ſunt ſententia, verbis illis, in primo Aug. Confeſſ. articulo: D*amnant Samoſatenianos Neotericos:* SERVETVM eiusque diſcipulos intelligi. Omnium inſtar IOH. CONR. DVRRIVM (a) produco, qui in *Obſeruationibus ad Aug. Confeſſ.* de ſcopo primi articuli ſic diſſerit. *Volebant, confeſſores indicare nihil ſibi eſſe commercii, vt cum aliis haereticis, ita etiam cum* MICHAELE SERVETO *Arragone.* Neque horum ſententia antiquis deſtituitur teſtimoniis & auctoritatibus. Nam in Aug. Confeſſionis editione, quae Roſtochii

(z) Fallitur itaque & B. QVENSTEDIVS in ſuo tractatu, quem edidit de *patriis Virorum illuſtrium*, referens: SERVETVM iam anno XX, qui in annum aetatis eius XI. cadit, libris, ſub nomine VILLANOVANI typis conſcriptis, floruiſſe.

(a) Hae obſeruationes tertius ſunt tra&atus, in *tractatibus* eius *Theologicis*, *Norimbergae* 1675. 4. *editis* p. 177.

Roſtochii (b) MDLXII. in gratiam Studioſorum, quo au-ctore neſcio, apud CHRIST. MYLIANDRVN, prodiit, ſtabilita iam videtur. Ad verba enim Aug. Confeſſionis: *Veteres & Neotericos*, haec adnotata ibi reperiuntur. *Noſtra aetate Samoſateni haereſin, editis in Germania & Gallia ſcriptis, renouauit* MICHAEL SERVETVS, *Arago Hiſpanus, qui anno MDLIII. die XVII.* (rectius *XXVII.*) *Octobris Geneuae in Sabaudia combuſtus eſt.* Imo ipſe Confeſſionis huiusce Auctor, PHIL. MELANCHTON, in colloquio Wormatienſi ad ECCIVM (c) ita loquitur, vt manifeſto doceat, haec verba de SERVETO tunc iam explicata fuiſſe. Ita enim (in dicto ſcil. colloquio MDXL. habito) ECCIVM affatus eſt; *de primo articulo* (ſcil. Aug. Confesſionis, de qua loquebatur) *non eſt controuerſia, in quo conſtat, noſtras Eccleſias fideliter defendiſſe, communem conſenſum, aduerſus* SERVETVM *& alios.* Mitto alia quae de hac re adducere poſſem teſtimonia. At nihilo tamen minus, duabus ego rationibus, cur his non aſſentiar, impedior. Namque (I) dogmata haec, quae in hoc articulo reiiciuntur, cum SERVETI ſcitis minime conueniunt. *Verbum* enim *eſſe vocale, & Spiritum eſſe motum in rebus creatis*, duo ſunt dogmata, quae tamquam falſa damnantur, nihil vero horum SERVETVS vmquam ſtatuit. (II) Dum haec anno MDXXX. conficeretur confeſſio, placita SERVETI nondum in Germania ſparſa erant. (d) Sed anno inſecuto

(b) Prodiit haec editio in forma 8. minori. Loca Patrum & Canonum, & Hiſtoriae Haeraticorum, & aliae, quarum in Aug. Confeſſione mentio fit breuiter in ea indicantur. Verba in §. allegata lit. F. a. reperiuntur.

(c) Vid. Tom. IV. Opp. p. 646 edit. in folio.

(d) Egregie itaque fallitur MAIMBVRGIVS, qui l. c. p. 340. libros hos MDXXX. ſimul cum Auguſtana Confeſſione, prodiiſſe, contendit.

ſecuto MDXXXI. *Libri* eius VII. *de Trinitatis erroribus* conſcripti atque editi ſunt, & poſt horum editionem, doctrina eius latius paſſim diffuſa eſt. Suſpicor autem in hoc primo Aug. Conf. articulo IOHANNEM CAMPANVM condemnari, quippe qui MDXXX, & MDXXXI. venena ſua Wittebergae ſparſit. (e) Quocirca qui ex veteribus SERVETVM in Aug. Conf. damnatum eſſe, ſtatuunt, illi ita capiendi ſunt, acſi dicerent, SERVETVM iam antequam exoriretur, anticipando veluti in hac Confeſſione reiectum atque confixum eſſe.

§. XI.

Antequam Baſilea abiret SERVETVS, librum ſuum de *Trinitatis erroribus* Bibliopolae CONRADO RVSS formis deſcribendum tradidit. Qui, quum Theologorum forte Heluetorum vigilantia ei obſiſteret, ne edi poſſet, Hagenoam eum in Alſatiam miſit, vbi anno MDXXXI, praeſente

SER-

(e) Teſtatur id SANDIVS l. c. p. 17. Obſcuri alias nominis eſt hic IOHANNES CAMPANVS. Scripſit contra myſterium Trinitatis, aeternitatemque Spiritus S. negauit. Ita ut omnia, quae in hoc articulo reiiciuntur, bene in eum quadrent. Ceterum multi huius CAMPANI meminerunt, e quibus ſunt ANTON. A SOTOMVIOR in *Indice expurgatorio & prohibitorio* edit. 1667. Madrit. p. 572. PHIL. MELANCHTON in *diſpp. Theolog.* olim 1516. Wittebergæ habitis, vid. *Opp.* eius *Tom. IV. p.* 480. edit. PEVCERI. 1564. variisque aliis in locis. SECKENDORFFIVS in *hiſtoria Lutheraniſmi* Lib. III. Sect. VII. §. XXIV. n. 10. p. 65. b. LAVRENTIVS SVRIVS in *commentario breui rerum in orbe geſtarum ab anno* 1574. *ad annum* 1532. *p.* 288. *edit. Colon.* 1574. *in* 8. Et denique beatus noſter LVTHERVS **in ſeinem Bekäntniß vom heil.** *Sacrament anno* 1544. *Tom* 8. *Altenb. p.* 348. Item in ſcripto *de Antinomis Tom. VI. Ienenſ. & Tom. VII. Altenburg.* 1539. *p.* 313. *b.* Dignus foret homo hic cuius vitam diligentius aliquis conſignaret. Extat de eo narratio quaedam manu exarata in Bibliotheca Gothana, cuius meminit vir vener. ERN. SALOMO CYPRIANVS, in *Catalogo Codicum MSS. Biblioth. Gothanae.*

SERVETO, qui Argentorato illuc ideo commigrauerat, emiſſus eſt. De libro ipſo poſtea quaedam dicemus; nunc id tantum animaduertimus, vehementes ſtatim turbas ex editione eius praeſertim in Germania exortas eſſe, librumque vbiuis & lectum & ab his probatum, a plerisque vero condemnatum eſſe. Helueti inter alios metuebant, id quod ex OECOLAMPADII epiſtolis conſtat, (f) ne ſibi liber iſte aliquid apud LVTHERVM & LVTHERI ſocios inprimis inuidiae crearet. *Vellem*, ſcribit BVCERO OECOLAMPADIVS, *te ſcribere* LVTHERO, *quod nobis inſciis liber alibi excuſus ſit.* Ratisbonam quum anno MDXXXII. deferretur, teſte LAVR. SVRIO, ſuppreſſus eſt. (g) Baſileenſis quoque magiſtratus ab OECOLAMPADIO erudiri cupiebat, quid de hocce libro ha-

(f) Vid. *Epiſtolae* OECOLAMPADII & ZWINGLII *Lib. IV. p.* 801. *Baſil.* 1591. 4. Vbi haec verba extant: *Inviſi hac hebdomada Bernates, qui Te & Capitonem ſalutant plurimum. Libellus de* Trinitatis Erroribus *a quibusdam ex illis viſus duntaxat, ſupra modum offendit. Vellem Te ſcribere* LVTHERO, *quod nobis inſciis liber alibi excuſus ſit. Impudentia etiam erat adſcribere Lutheranis, juſtificationis rationem eos ignorare: ut de reliquis taceam. Sed Photinianus ille, vel neſcio cuius ſectae homo, ſolus ſapere ſibi videtur. Niſi ab Eccleſiae noſtrae Doctoribus explodetur, peſſime auditura eſt. Tu præ aliis oro vigiles: & ſi non alibi, certe in confutatione tua ad Imperatorem Eccleſias noſtras excuſa, utcunque haec beſtia irrepſerit. Abutitur omnibus in ſuum ſenſum, tantum ne confiteatur filium coæternum Patri & conſubſtantialem. Atque hic eſt, qui ſuſcipit probandum, hominem Chriſtum eſſe Filium Dei. Quinta Auguſti*, 1531. Ex his etiam clariſſime videre eſt librum hunc non Baſileae typis expreſſum fuiſſe: Id quod praeteriens obſeruo.

(g) In *breui* enim *commentario rerum in orbe geſtarum ad annum* 1532. *edit. Colon.* 1574. *in* 8. *p.* 288. ita ſcribit: *Cum Ratisponae Comitia adhuc haberentur publice proſtabat ſcriptum quoddam valde impium, hac inſcriptione:* De Trinitatis erroribus Libri VII. MICHAELIS SERVETI Hiſpani. *Nefarios cumprimis & inauditos hoc opus complectebatur errores, dataque opera eſt à Caeſaris confeſſionario, vt ſupprimeretur.*

habendum eſſet, qui ea propter longo in ipſo ſenatu ſermone impietatem eius demonſtrauit. (h)

§. XII.

SERVETVS, vt aliquo modo indignationem quorundam ſedaret, ſequenti anno MDXXXII. *Dialogos duos de Trinitate* edidit, in quibus multa, quae in VII. illis libris durius nimis aſſeruerat, (i) emendare ſtuduit. Sed neque hoc modo exacerbatos animos mitigare potuit. Atque paſſim in huius aeui Theologorum ſcriptis dicta occurrunt, quibus acriter in eum eiusque doctrinam inuehuntur. Omnium loco, vnicum tantum afferam MELANCHTONEM, qui in *Epp.* ad CAMERARIVM ſic ſcribit: De SERVETO *rogas quid ſentiam: Ego vero video ſatis acutum ac vafrum eſſe in diſputando, ſed plane grauitatem ei non tribuo. Et habet, vt mihi videtur, confuſas imaginationes, nec ſatis explicatas earum rerum, quas agitat, cogitationes. De iuſtificatione manifeſto delirat.* Περὶ τῆς Τριάδος *ſcis me ſemper veritum eſſe, ſoro, vt haec aliquando erumperent. Bone DEVS! quales tragoedias excitabit haec quaeſtio ad poſteros,* εἰ ἔστιν ὑπόστασις ὁ λόγος, εἰ ἔστιν ὑπόστασις τὸ πνεῦμα. *Ego me refero ad illas Scripturae voces, quae iubent inuocare CHRISTVM, quod eſt ei honorem Diuinitatis tribuere, & plenum conſolationis eſt.* Τὰς δὲ ἰδέας τῶν ὑποστάσεων καὶ διαφορὰς ἀκριβῶς ζητεῖν οὐ πάνυ συμφέρει. (k) Acrius etiam

(h) Hic ſarmo extat adhuc in *Epiſtolis* OECOLAMPADII & ZWINGLII Lib. I. p. 83. edit. Baſil. 1584. 4.

(i) In fronte enim horum dialogorum ſequentia reperiuntur verba: *Quae nuper contra receptam de Trinitate ſententiam lib. VIII. ſcripſi, nunc omnia retracto, non quia falſa ſunt, ſed quia imperfecta, & a paruulo paruulis ſcripta. Quod autem ita barbarus, confuſus & incorrectus prior liber prodierit, imperitiae meae, & Typographi incuriae eſt adſcribendum.*

(k) In his verbis MELANCHTON vaticinatus videtur; omnes enim

iam exarſit ideo Theologorum feruor, quod, vt MELANCHTON ait, *multos errores Serueticas blasphemias contra filium DEI circumferre*, (l) plurimosque, vt homines ſunt nouitatis auidi, quae parum intelligebant portenta, amplecti ſentirent. At videtur tamen LVTHERO noſtro diu ſatis ignotus fuiſſe homo. Eum enim ad annum MDXXXIIX. nihil magni a SERVETO metuiſſe, eiusque erroribus, ex eo colligitur, quod, quum ſaepius in Arianos conſimilisque furfuris homines calamum ſtrinxit, nullam tamen SERVETI, egregia licet vbiuis occaſione ipſi ſuppeditata, mentionem fecerit; vt ex locis, quae ſubiecimus, videndum.(m) Anno vero XXXIX. demum inter Euengelii aduerſarios, quos in libro *de Antinomis* recenſet, SERVETVM numerauit (n)

 Forte

enim lites, quae poſtea de Trinitate motae ſunt, vere praedixit. Extant hae litterae *Lib. IV. Epp.* MELANCHTONIS, vbi numero CXL. erunt *edit. Lond.* & an. MDXXXIII. ſcriptae ſunt.

(l) Ita enim MELANCHTON in *Form. Concordiae de controuerſis Articulis;* quae in *Actis Wormatienſibus* extat *Tom. IV. Opp.* MELANCHT. *p.* 808. ſcribit.

(m) Nam *in Concionibus* in *Ioh.* XIV. XV. XVI. & in *Tractatu* de *conciliis* 1538. *ſcriptis*, quae Tom. VII. Altenb. extant. Imo in *Libro* **von den legten Worten Davids** 1543. conſcripto Tom. VIII. Altenb. p. 315. multisque aliis in locis ne verbulo hominem indicat. Cum tamen toties in Arianos, Iudaeos, Turcas aliosque acriter inuehatur. Vbi prolixe de Trinitate, aeterna generatione, aliisque huc ſpectantibus ex inſtituto agit, nil tamen de SERVETO commemorat. Quin & in *commentationibus* in *Cap. I. Iohannis* quae in Tom. VI. Altenb. leguntur p. 1122. ſeqq. etſi tot haereſes refutentur, SERVETVM tamen praeterit.

(n) Hoc Scriptum vid. in *Tom. VI. Ienenſ.* & *Tom. VII. Altenb. p.* 313. *b* ubi ſequentem in modum ſcribit: **Etliche haben auch wieder die alten Lehrer, Pabſt und Luther zuſammen getobet, als Servetus, Campanus, und dergleichen.**

Forte contemſit LVTHERVS hominem, vt SEB. FRANCVM & alios. (o)

§. XIII.

Lugduni veriſimile eſt SERVETVM corrigendis operarum erroribus vitam ſuſtentaſſe. (p) Namque hoc ipſum deinceps quoque in officina CASP. TRECHSELII fecit, qui *Biblia* eius formis expreſſit; (q) & ex eiusdem TRECHSELII officina PTOLOMAEVS etiam eius MDXXXV. prodiit: Quid praeterea ibi egerit, nusquam, quod ſciam, ſcriptum legitur; at non errare me putem, ſi dixerim, eum in elucubrandis commentariis deſudaſſe, quos poſtea emiſit. Triennio autem Lugduni fere conſumto Lutetiam Pariſiorum migrauit, ibique ſtudiis iuridicis, ad quae hactenus incubuerat, relictis, miſera fortaſſis corporis valetudine commotus, (r) ad artem medicam ſeſe applicuit. Cui quoque

(o) De SEBASTIANO FRANCO in der Vorrede auf den *Dialogum M.* Joh. Frederi zu Ehren den Eheſtand wieder der Sebaſtian Francken, B. noſter LVTHERVS ſcripſit: Ich habe zwar auch bei Leben Sebaſtian Francken nichts wollen wieder ihm ſchreiben, denn ich ſolchen böſen Menſchen zu hoch veracht, und allezeit gedacht, ſein Schreiben würde nichts gelten bey allen Vernünfftigen, ſo endlich bey Chriſten-Leuten. Vid. *Tom. VII. p.* 471. & p. 473. pergit: Aber wie geſagt, ich habe niemahl fürgenommen, wieder dieſen Beelzebub Francken zu ſchreiben, wils auch noch nicht thun, und ihn der Ehren nicht werth achten, als ers auch nicht werth iſt, wer Vernunfft hat, der wird ſich ſolches wol wiſſen zu halten.

(p) Idcirco non immerito inter correctores celebriores a IO. CONR. ZELTNERO relatus eſt, in *Centuria Correctorum eruditorum p.* 501.

(q) Vid. ZALTNERVM. l. c. p. 499. vbi etiam impenſis HVGONIS a PORTA ea excuſa eſſe aſſerit, quod recte ſeſe habet, vti infra docebitur.

(r) Miſerrimus enim corporis

que ducibus SYLVIO & FERNELIO, medicis ea aetate experientiſſimis, tam diligentem nauauit operam, vt breui temporis ſpatio Medicinae Doctor crearetur. Antea vero quam id fieret, Magiſtris artium ſeſe annumerari voluit: quos honores eum ideo appetiiſſe ſuſpicor, vt aditus ipſi in Medicorum collegium pateret. Ita enim Lutetiae moris eſt, vt nemo poſſit in altiorem facultatem recipi, niſi antea in Philoſophorum collegium receptus ſit. (s) Ornatus autem his honoribus artes Mathematicas Studioſis in illa Academia enarrauit, (t) & medicinam poſtea ſemper profeſſus eſt. (u)

§. XIV.

Verum enim vero non ea propter neglexit, quod dudum ſuſceperat ſacrarum litterarum ſtudium. (x) Quumque

ris eius habitus fuit, id quod ex ipſa eius confeſſione apparet. Cum enim Iudices, *an matrimonii foedere iunctus eſſet?* ex eo quaerarent, ipſis reſpondit: *qu' il ne s' étoit jamais marié, pour ce qu' il ne ſe ſentoit pas potent veu qu' il eſt coupé ſur un coſté, & de l' autre il eſt rompu* Conf. Acta iudicii huius, vti apud Cl. LA ROCHE reperiuntur l. c. p. 139. 140. Videtur quoque, ſibi ob hanc rationem coelibatum praeſcripſiſſe SERVETVM, de quo ipſe in *Reſtitutione Chriſtiasmi p.* 134. *a* teſtatus eſt. *Coelibem vitam*, inquit, *non improbo, quam ipſe mihi elegi, quam & PAVLVS ſupra conjugalem commendat: ita tamen ſi ea libere agatur, citra neceſſitatem* 1. Cor. VII.

(s) Vid. HERM. CONRINGII Antiquitates Academiae p. 79.

(t) Hoc ex *actis iudicii* videri poteſt, quae excerpſit Cl. LA ROCHE l. c. p. 138.

(u) Id SERVETVS ipſe faſſus eſt, iudicibus reſpondens: *qu' étant gradué & ſavant en Medicine, il l' a touiors pratiquée depuis, n' ayant eû aucune autre profeſſion, excepté à Lyon ou il fut un peu de temps Correcteur d' imprimerie.* Conf. LA ROCHE l. c. p. 138.

(x) Vnde verba Cl. Domini IOH. HENR. a SEELEN non tam ſtricte accipienda eſſe videntur, quibus in *Selectis Litterariis p.* 56. vſus eſt, SERVETVM poſtea medicum ſtudium reliquiſſe coniicientis. *Illotis*, inquit, *manibus, a medicina*

que CALVINVM, qui tum Pariſiis degabat, magna eſſe fama, intelligeret, colloquium cum eo inſtituere concupiit. Cum autem dies illi dictus eſſet, teſte THEOD. BEZA, non comparuit. (y) Factum id eſſe idem perhibet anno MDXXXIV.

---

dicina corporis, ad medicinam animae acceſſit. Semper enim Theologiam Medicinae iunxit. cf. §. XIII. not. u.

(y) In *Vita* CALVINI Epp. eius praemiſſa, a. 2. b. ſcribit: *Rediit aliquanto poſt Lutetiam* CALVINVS, *eò quaſi ipſius DEI manu euocatus. Venerat enim illuc impius ille* SERVETVS, *iam tum* (nimirum vt ex ſequentibus videre licet 1534.) *ſuum aduerſus ſacram Triadem virus diſpergens; quem ſeſe nihil magis appetere, quam eius colloquium ſimulantem, condicto loco & tempore* CALVINVS (*idque non citra magnum vitae periculum, quod tum latere propter accenſam aduerſariorum rabiem cogeretur*) *diutius quidem, ſed fruſtra exſpectauit, illo ne* CALVINI *conſpectum ferente. Fuit autem is annus XXXIV. ſupra ſesqui milleſimum.* CALVINVS nulli tum officio admotus erat, ſed in Galliis purioris doctrinae luce iam colluſtratus, varias inter hoſtium inſidias praeprimis Lutetiae degebat. add. BEZAE *Hiſtoire des Egliſes Reformées de France Vol. I. p. 14. edit. Antwerp.* 1584. 8. & ipſe IO. CALVINVS in *fideli expoſitione errorum* SERVETI, *Opuſcul. Theol.* p. 687. ed. Geneu. 1597. fol. Sed hic alium annum ſcil. XXXVII. indicat ac BEZA. Dicit enim, cum SERVETVS captiuus iam Geneuae 1553. com eo colloqui deſideraret, *ſe iam ante ſexdecim annos non ſine praeſenti vitae diſcrimine ſuam operam obtuliſſe ad eum ſanandum.* Credo hinc natam eſſe fabulam aut rumorem, acſi CALVINVS & SERVETVS amicitiam dudum inter ſeſe coluiſſent, cuius meminiſſe video CLAVDIVM de SAINCTES, libro valde raro, qui inſcribitur: *Declaration d' aucuns Atheismes de la doctrine de* CALVIN & BEZE *contre les premiers fondements de la Chreſtienté.* Paris 1567. in 8. fol. 107. b. & 108. a. *Voyla*, inquit, *l' entier & total Arrianisme, reſuſcité de noſtre malheureux temps par* CALVIN *& ſes diſciples: car il eſt certain, que* CALVIN & SERVET *ont eſté longuement alliéz comme recite maiſtre* ROBERT. CAROLI *& l' hiſtoire de* SERVET, *& un Caluiniſte eſcriuant contre les Trinitaires leur reproche, qu' ils n' euſſent, peu entendre les ſecrets de*

MDXXXIV. Sed quod cauſam hanc fuiſſe, tradit, quoniam SERVETVS CALVINI conſpectum ferre non potuerit, id metuo, ne paulo glorioſius de CALVINO dictum ſit. Namque ipſe memorat, periculnm imminuiſſe CALVINO: idem autem periculum omnibus illis tum imminebat, qui Lutetiae Pontificiorum ſacris parum fauebant. Ergo metum atque hoc periculum, ne compareret, impediuiſſe SERVETVM, ſuſpicor. Vtcumque eſt, patet hinc, rerum ſacrarum ſtudium tum minime neglexiſſe SERVETVM. Quod vero quidam, vt MAIMBVRGIVS (z) aliique de eo perhibent, eum vitam ibi magnificam & ambitioſam egiſſe, id, credo, ſatis inopia & paupertas eius refellit.

§. XV.

Commoratus adhuc Lutetiae SERVETVS eſſe videtur anno MDXXXVII, quo anno *Ratio* eius *Syruporum* in hac vrbe primum ſub nomine VILANOVANI prodiit. (a) Hunc autem cum emiſit librum iam in Italia haud dubie SERVETVS fuit, ibique per tempus quoddam, at breui fortaſſis, vixit. Quare nemo admirari debet, doctrinam eius cum alibi, tum Venetiis ita fuiſſe diſſeminatam, vt PHILIPPVS MELANCHTON A MDXXXIX. ſuum eſſe duceret, ad Senatum Venetum libellum mittere, eumque adhortari, vt errores nefarii huius hominis in ipſa herba opprimi curaret.

---

de la Trinité, s' ils n' euſſent labouré, avec la vache des Sacramentaires & Caluiniſtes, c' eſt a dire, s' ils n' euſſent eſté bien verſez en la doctrine Caluinique & Cingliane. Quisnam hic ſit ROB. CAROLI, quem laudat, qualisue SERVETI Hiſtoria, id me neſcire fateor.

(z) In *Hiſtoria Arrianismi*, gallice ſcripta Tom. III. p. 339.

(a) Hunc hoc anno prodiiſſe librum inter alios teſtatur IOH. ANTON. *van der* LINDEN de *Scriptis medicis* edit. tertia Amſtelod. MDCLXII. p. 486. ita de SERVETO ſcribens: MICHAEL VILLANOVANVS, GALENI *interpres doctiſſimus, & medicus excellentiſſimus, vixit* A. C. MDXXXVII. add. SANDII *Bibliotheca Anti-Trinitariorum* p. 13.

ret. *Intellexi*, inquit, *iſthic circumferri* SERVETI *libellum, qui renouauit errorem* SAMOSATENI, *initio Eccleſiae damnatum, & labefecit ſententiam de duabus naturis in Chriſto, negat in Iohanne verbum ſignificare hypoſtaſin ſeu perſonam, vt nunc vocant, cum ait* IOHANNES: In principio erat verbum, *& poſtea*, & verbum caro factum eſt. *Etſi autem extat meum iudicium de hac controuerſia, ac nominatim in Locis damnaui* SERVETI *ſententiam, tamen nunc quoque vos admonendos eſſe, atque obteſtandos duxi, vt hortatores atque auctores ſitis, vt fugiant, obiiciant, execrentur impium* SERVETI *errorem.* (b) Id certum eſt, eum in Italia fuiſſe atque vixiſſe. Luculentiſſime enim id ex *praefatione* PTOLOMAEI quem anno MDXXXV, edidit, apparet.

(b) Litteras has ax Lipſia anno MDXXXIX. ad Senatum Venetum ſcripſit MELANCHTON, & extant Tom. IV. Opp. p. 833-836. Noſtra autem quae citauimus verba p. 834 reperiuntur. In ſequentibus breuiter SERVETVM refutat, & inprimis oſtendit, TERTVLLIANVM & IRENAEVM ipſi non fauere, vt SERVETVS voluerit. Pag. 836. ſub finem fere tandem ita concludit: *Haec ſcripſi verboſius, quam modus epiſtolae patiatur, ſed multo anguſtius, quam magnitudo cauſae poſtulet. Verum iudicii mei teſtimonium vobis ſignificare volui, nec grauatim de tota controuerſia, ſi quis petet, copioſius diſputabo.* Eadem quoque epiſtola extat Tom. I. *Epp.* MELAMCTONIS a PEVCERO editarum p. 97-106. Verba in §. citata p. 102. leguntur. Haec vero poſteriora p. 106. inuenienda ſunt. Reperitur quoque eadem haec epiſtola in *Conſiliis Theolog.* MELANCHTONIS a CHRISTIANO PEZELIO editis Part. I. p. 336-343. Vbi verba in §. citata p. 340. poſteriora autem p. 342. videri poſſunt. ARNOLDVS in *Haereſiol.* P. II. Lib. XVI. Cap. XXXIII. §. 2. p. 403. dum huius epiſtolae MELANCHTONIS ad Senatum Venetum meminit, in margine haec verba ponit: **Verfolgung durch** *Melanchton.* Sed quae iſta quaeſo perſecutio? cum quis alium ob nefanda dogmata monet. Id quod tamen MELANCHTONEM modo feciſſe, in ſolis diſco iacet. Dignus itaque ARNOLDVS, qui idcirco notetur.

apparet. (c) Deinde & in ipſa *Reſtitutione Chriſtianismi*, vt vocat, aperte profitetur, Papam Romanum *Romae* oculis ſuis in plateis ſe vidiſſe. (d) At qui vitam eius attigere, plerique omnes hoc iter omittunt. Ne ipſe quidem Cl. LA ROCHE eius meminit, quanquam alias in hac hiſtoria accuratior ceteris videatur. Qui commemorant eum in Italia fuiſſe, male iter illud collocant poſt carcerem Viennenſem, vt ipſe CALVINVS (e) HIERON. BOLSECVS (f) GODOFR. ARNOLDVS (g) aliique fecerunt. Ego, vti dixi, certiſſimum

---

(c) Quae verba §. VI. not. f. allegata vide. Ibi enim anno MDXXXV. dicit, ſe iam Italicam regionem vidiſſe, linguamque Italicam noſſe.

(d) Ita enim in Parte I. de *orbis perditione & Chriſti reparitione* Libri I. Tituli III. de *regeneratione ſuperna & regno AntiChriſti* p. 462. ex MSto noſtro fol. 143. a ſcribit: *Hisce oculis nos vidimus, eum ſuper principum ceruices cum pompa geſtari, cruces ſua manu minando, & in mediis plateis a cuncto populo genibus flexis adorari. Vsque adeo, vt qui pedes ſeu calceos ipſius oſculari poſſent, ſe ſupra alios exiſtimarent felices: indulgentias plurimas eſſe lucratas dicerent, & inferni poenas ad multos annos ob id eſſe remiſſas. O beſtiam beſtiarum ſceleratiſſimam, meretricem impudentiſſimam!* Ex his quilibet ſatis intelliget, SERVETVM Romae fuiſſe, Papamque Romanum oculis ſuis vidiſſe.

(e) Ille in *epiſtola* ad SVLCERVM MDLIII. ſcripta num. 156. *neſcio*, ait, *quomodo elapſus, per Italiam errauit fere quatuor menſes, tandem huc malis auſpiciis appulſum, vnus ex Syndicis, me auctore, in carcerem duci iuſſit.*

(f) Qui in *vita* CALVINI Cep. IV. hoc modo itineris huius meminit. *Elapſus igitur*, ait, *Viennae ex cuſtodia* SERVETVS, *indeque fuga ſe proripiens Anno MDLIII, in Italiam, idque Geneua iter habuit.*

(g) Qui IOH. CALVINVM ſecutus eſt, in *haereſiol.* P.II.Lib.XVI. Cap. XXXIII. §. 4. p. 406. ſcribit: Er war zu *Vienne* gefangen genommen, aber bald wiederum erlediget worden, von dar er eine Zeitlang in Italien herumgezogen, und endlich nach Genff kommen war. Male profecto hic ARNOLDVS cum ceteris, quos citaui, de hoc itinere ſcripſit. Id enim ſi verum eſſet, eum

 tum

mum eſſe arbitror, eum ante annum MDXXXV. ibi degiſſe. Sed hinc conſtat, quam confuſe & imperfecte adhuc SERVETI tradita ſit hiſtoria.

§. XVI.

Circa A. MDXL. in oppido quodam *Charlieu* dicto, duodecim milliaria Lugduno diſtante, medicinam fecit, ibique per biennium aut triennium commoratus eſt. Sed hic neſcio quod commiſit facinus, vt diutius ibi ſubſiſtere non potuerit. Tecte tantum hoc HIERONYMVS BOLSECVS deſignat. (h) Quare ſolum vertere coactus eſt, tumque in Delphinatum ſeu Viennam ſe recepit.

§. XVII.

---

tum demum iter Italicum ſuſcepiſſe, ſequeretur, eum bis in Italiam profectum fuiſſe: Namque, eum iam anno MDXXXV. Italiam vidiſſe, ex verbis §. VI. not. f. citatis, patet. Deinde eodem adhuc anno, quo clam Viennenſi ex cuſtodia abiit, Geneuae viuus combuſtus eſt. Id autem omnino falſum.

(h) Teſtem huius rei habemus HIERONYMVM BOLSECVM, in rariſſimo libro, quem paucis videre contigit, & inſcribitur: De IOHANNIS CALVINI, *magni quondam Geneuenſium miniſtri vita, moribus, rebus geſtis, ſtudiis ac denique morte, Hiſtoria: Ad reuerendiſſimum Archiepiſcopum & Comitem Lugdunenſem deſcripta; Et nunc ex Gallico eius Pariſiis impreſſo exemplari Latine reddita. Coloniae. Apud haered:* IACOBI SOTERIS *MDCXXXII. in* 8. 9. *pl.* Interpres latinus, neque nomen, neque praefationem, neque aliud quidquam praefixit, vnde cognoſci queat. Quantum vero ex titulo verſionis & editionis germanicae apparet, is eſt IACOBVS LAINGAEVS doctor quidam Sorbonicus. Hunc quidem rariſſimum librum ſuſpectum, non immerito quidem, reddere PETRVS BAELIVS ſtudet; nam in *dictionario Hiſtor. & Critico Tom. I edit.* 1702. *fol. p.* 635. 638. de duabus, quas BOLSECVS conſcriptis vitis CALVINI & BEZAE ita iudicat. *Ces deux hiſtoires ſont entierement indignes de foi, tant a cauſe, que l' Auteur les a ecrites rempli de reſſentiment, pour les affrons, qu' il auoit recus, que parcequ' il ſe trouue manifeſtement*

§. XVII.

Ante autem quam firmam Viennae figeret ſedem, per aliquot annos Lugduni commoratus eſt, ibique correctoris munere, quod iam antea feciſſe eum, monuimus, iterum in officina TRECHSELII functus fuit. Fuit hic annus circiter MDXLII. quo anno & *Biblia* eius ibi edita ſunt, de quibus deinceps vberius agemus. Poſtquam *Viennam* conceſſit, ibique aegrorum ſaluti conſuluit. Hic conſtitutus, commercium quoddam litterarum, cum Medico quodam DELAVAV dicto, teſte PATINO (i) inſtituit. Quinquaginta, idem teſtatur, adhuc commercii huius extare epiſtolas, a SERVETO ad patrem huiusce DELAVAV ſcriptas, easque omnes SCALIGERVM ipſum vidiſſe, refert. Ceterum

---

nifeſtement conuaincu de calomnie ſur les points le plus atroces. On ne voit presque plus d' Ecrivain de reputation, qui n' auoue, que cet Auteur (hic in Notis ad MAIMBVRGIVM non adeo bene de BOLSECO ſentientem, prouocat) *eſt ſuſpect.* Sed in factis quae ceteroquin nihil habent CALVINI famae noxium, cur fides homini non habenda ſit, qui Lugduni & in illis locis fuit, vbi SERVETVS commoratus eſt, nil ego cauſſae video. Praeterea BAELIVS huius Scripti ex ſolo VERDERIO tantum meminit, idque ipſum nunquam fortaſſis vidit. Nec verbulum de verſione latina aut germanica refert. In hoc ergo libro Cap. III. p. 7. BOLSECVS iracundum CALVINI animum probaturus, ſequentem in modum ſcripſit: *Teſtimonio eſſe poteſt de* MICHAELE VILLANOVANO *Medico, cui* SERVETO *etiam cognomen fuit, hiſtoria, homone* (forte legendum *homine*) *arrogantiſſimo & inſolentiſſimo, quod qui eo vſi ſunt in Charlieu, vbi ſub annum circiter MDXL. apud* RIVOIRE *commoratus eſt, teſtari poſſunt. Is ex Charlieu, ob ea, quae illic. ſtolide & inſolenter deſignauerat, migrare coactus in Delphinatum conceſſit.* Hic germanica verſio, de qua in praefat. diximus, vrbem *Viennam* addidit. Vrbem, quam BOLSECVS *Charlieu* nominat, eam eſſe puto, quam indicat Cl. LA ROCHE l. c. p. 81. his verbis: *il la* (medicinam ſcilicet) *pratiqua deux ou trois ans, dans une ville eloignée de Lyon d' environ douze lieues.*

(i) In *Patinianis* p. 74. 75.

rum Lugduni quum commoraretur, coepit iam, ipſo CALVINO (k) teſte, litteras ad eum mittere: Inprimis tres ad eum miſit quaeſtiones, ad quas CALVINVS reſpondit. Ab hoc tempore commercium litterarum cum CALVINO SERVETVS deinceps coluit, (l) quo tamen animi eorum magis magis magisque exacerbati inter ſe ſunt.

§. XVIII.

Lugduno Viennam demum tranſiit, quod diximus, Delphinatus vrbem. Hic cum viueret, annum circiter MDXLVI. Librum quendam ad CALVINVM miſit, ſimulque, quid de hocce ſentiret CALVINVS, ſibi expetiit. Eo vero in Libro, quod HIERON. BOLSECVS teſtatur, libere CALVINVM perſtrinxerat, variosque eius errores notauerat. (m) Ego librum hunc, quoad ſenſus & dogmata, non diſcre-

(k) In *fideli expoſitione errorum* MICHAELIS SERVETI Opp. p 696. Geneu. MDXCVII. in fol. vbi tres ſequentes quaeſtiones a SERVETO ad ſe miſſas nobis exhibet. Prima: *An homo Ieſus crucifixus, ſit Filius DEI: & quae ſit huius filiationis ratio.* Secunda: *An regnum Chriſti ſit in hominibus: quando quis ingrediatur & quando regeneretur.* Tertia: *An baptismus Chriſti debeat in fide fieri ſicut coena: & quorſum haec inſtituta ſint foedere nouo.* His quaeſtionibus CALVINVS quidem prolixe p. 697-704. reſpondit. SERVETVS iis reſponſionibus minime contentus, eas reiecit, litterasque iterum acerbe exaratas ad eum dedit, quibus valde CALVINVS offenſus eſt. Hae lites, anſam dederunt SERVETO, vt deinceps conuitiis ſemper in CALVINVM inuectus ſit, quod idem CALVINVS memorat. p. 687.

(l) Nam triginta & Lugduno & ex Delphinatu ad CALVINVM litteras ſcripſit, variisque de rebus Theologicis eum conſuluit, quas ipſemet poſtea typis deſcribi curauit in *Reſtitutione Chriſtianiſmi* p. 577. ſeq.

(m) Ita enim in libro §. XVI. not. h. allegato ſcribit: *Ex quo loco* (ex Vienna ſcilicet) *ad* CALVINVM *Geneuae commorantem* (fuit hoc anno MDXLVI.) *litteras ſcripſit,*

diſcrepaſſe ſuſpicor, ab ipſa quam deinceps edidit *Reſtitutione Chriſtianismi.* Nam quae contra SERVETVM ex eo libro in iudicio Geneuenſi prolata ſunt, cum *Reſtitutione* hac omni ex parte conſentiunt. Quidquid id eſt, hic liber prorſus animum CALVINI exacerbauit, ita vt non modo in publicis ſcriptis vehementer in eum inueheretur, (n) ſed & perniciem eius vbicunque quaereret. Memorat BOLSECVS eodem anno MDXLVI. CALVINVM ad PETRVM VIRETVM ſcripſiſſe, ſe non paſſurum, vt, ſi veniret, SERVETVS viuus Geneua abiret. (o) Eodem anno ſimilis argumenti episto-

pſit, & vna librum manu deſcriptum, cum XXX. epiſtolis ſuis miſit, in quibus CALVINVM. *de erroribus, quos ex ſeius de doctrina Chriſtiana inſtitutionum, aliisque libris collegerat, cum non levi eius, & quod profitebatur, dogmatis nota admonebat.*

(n) Tam enim maleuolo CALVINVS erat animo in SERVETVM, vt ne temperare quidem ſibi potuerit, quin in ipſis *SS. LL. Commentariis*, mpxima iniuria, grauiſſimisque coniuciis eum afficeret. Speciminis loco, vnum ſaltim producam locum, ex *Commentario in Iohannis Cap. I. ex edit. de anno* MDLXII. vbi de SERVETO, antequam Geneuam veniret, ita ſcripſit: *Il y a un mechant garnement, rempli d' orgueil, Eſpagnol de nation, nommé* SERVET, *le quel a forgé, que ceſte parole eternelle, alors ſeulement commencé d' eſtre, quand elle s' eſt manifeſtée en la creation du monde - l' Evangeliſte enſeigne bien ici autrement &c. Or je ſçay bien, que le chien abaye au contraire.*

(o) Harum litterarum, quas Idibus Februarii ad PETRVM VIRETVM, Lauſannae tum commorantem CALVINVS, teſte BOLSECO dedit, inſcriptio eſt: *Eximio Domini noſtri Ieſu Chriſti Seruo:* PETRO VIRETO, *Lauſannenſis Eccleſiae Paſtori, Symmiſtae chariſſimo.* Inter cetera, quae in hac epiſtola de SERVETO ſcripta ſunt, haec etiam erant verba: SERVETVS *cupit huc venire, ſed a me accerſitus. Ego autem nunquam commitam, vt fidem meam eatenus obſtrictam habeat. Iam enim conſtitutum habeo, ſi veniat nunquam pati, vt ſaluus exeat.* Vnde vero BOLSECVS has litteras acceperit, ipſe in cit. lib. Cap. XIII. p. 45. oſtendit, ſcilicet

epiſtolam ad FARELLVM miſit, (p) nomenque eius ad Cardi-

cet has aliasque CALVINI ad VIRETVM litteras, plus minus quadraginta, in VIRETI conclaui Lauſannae fuiſſe repertas, ipſo, miſſione nondum impetrata, inde fugiente. Quae epiſtola, quum ad Bernenſes Proceres delata eſſet, multas eis machinas, vafriciem, dolos CALVINI ſuorumque deteхiſſe, idem Cap. XXI. p. 88. confirmat Nec omittendum, quod Cap. XII. p. 34. ait, has ſe litteras, CALVINI manu exaratas exhibere poſſe.

(p) Hanc epiſtolam HVGO vidit & legit GROTIVS, CALVINI manu exaratam; vid. *Votum* eius *pro pace eccleſiaſt. prop. I.* Idem quoque teſtatur SAMVEL SORBIERIVS, qui in *Sorberianis* p. 48. ſeq. *edit. Belgicae* 1694. haec in ea lecta fuiſſe verba, perhibet: *Audio* SERVETVM *huc venturum, vt mecum conferat. Ego ſi quid apud magiſtratus poſſum, faciam, vt nunquam viuus abeat.* Memorat etiam ANTON. VARILLASIVS, vidiſſe ſe hanc epiſtolam manu CALVINI exaratam, in *hiſtoria haereſeon* gallice ſcripta p. 350. 351. ad annum MDLIII. ed. Paris. in 4. Sed, ſi nullus eſſet teſtis alius, huic, facile fatemur, fidem haberi nullo modo poſſe, quam dudum apud ſapientes perdidit. Locupletiſſimus de hisce litteris teſtis eſt IOH. VYTENBOGARDVS, in *hiſtoria* eius *Eccleſiaſtica*, quam belgice hoc titulo edidit: Kerkelyke Hiſtorie, vervatende verſcheiden gedenkwaerdige Saecken in de Chriſtenheyt vorgevallen, van het jaer vierhondert af, tot in het jaer ſeſtien hondert ende negentien, voornaementlyck in deeſe geunierende *Provincien*. Rotterdam 1647. in fol. vbi Part. II. p. 76. a. & p. 77. b. ita ſcribit: Alle deeſe brieven zyn gedruckt (adduxerat enim loca ex impreſſis CALVINI epiſtolis, probaturus, eum praecipuam mortis SERVETI cauſam fuiſſe) dan ick hebbe noch eene ongedruckte Copye, my toegeſonden van ſeer goede ende authentyke handt (forſan a GROTIO) die verklaert 't Originael ſelve geſien ende geleſen te hebben, van eenen latyniſchen brief CALVINI aen FARELLVM geſchreven, al in den jare 1546, ende daer in deeſe woorden: SERVETVS *nuper ad me ſcripſit, & litteris adiunxit magnum volumen ſuorum deliriorum, cum Thraſonica iactantia, me ſtupenda & hactenus inaudita viſurum. Si mihi placeat, huc ſe venturum recipit, ſed nolo fidem meam*

Cardinalem TVRNONIVM, teſte BOLSECO detulit. (q) Non eſt is quidem BOLSECVS, cui fidem prorſus adiungere liceat. At euentus ipſe docet, nihil in hac re incredibile eſſe; praeterea reliqua, quae refert, id quod mox videbimus, recte ſeſe habent. Sed non ſtatim, quae cupiebat, conſequi poterat CALVINVS, nec fortaſſis voti ſui umquam compos

meam interponere. Nam ſi venerit, modo valeat mea auctoritas, viuum exire nunquam patiar. Sed ne quis ignoret, vnde haec VYTENBOGARDVS habeat, iuuat id ipſis eius verbis enarrare l. cit. p. 81. a. & p. 82. b. Jck hebbe, ait, geſien een brief, van een ſeer geleert, ende jn deſe landen wol bekennt Perſonagie, *anno* 1631. geſchreven aen een Rechts-Geleerde in's Gravenhage (forſan GROTIVM) daerin hy ſeydt geſien te hebben, vier *Tomos Epiſtolarum Proteſtantium* ongedruckt, ende daer onder veele Originale, oock van CALVINI eygen handt (als den voor-verhaelden aen FARELLVM *a.* 1546. roerende SERVET, oock van IEAN TAFFIN aen BEZAM *a.* 1592. ende 1593. tot loff van IOANNES VYTENBOGAERT, ende van ſyne goede Dienſten de kercke, 't landt ende 't Gemeyn gedaen: ende van P. DATHENI, *cum ſuis*, quade dienſten in Vlaenderen) daer onder hy ſchreef, geleſen te hebben eenen brief, van NICOLAVS ZERCHNITES aen CALVIN geſchreven uyt Bern, *a.* 1554. roerende de Predeſtinatie, ende 't ketter dooden. Ex hac epiſtola quaedam VYTENBOGARDVS adducit. Vera haec eſſe non dubito. At miror, cur non, ſi GROTIVS aut Remonſtrantes aliique haſce epiſtolas habuerint, cum omni modo Caluinianis aegre facere, tunc temporis ſtuduerint, haſce epiſtolas ediderint.

(q) In vita CALVINI cap. III. p. 8.: *Nam omnes poſtea modos perueſtigauit* (ſcilicet CALVINVS) *quibus homini nocere, necemque procurare poſſet, & ſcripſit idcirco ad Reuerend. Dominum Cardinalem* TVRNONIVM, *eo ipſo tempore Regis per Galliam vices gerentem*, SERVETVM *de haereſi accuſans. Vnde Cardinalis in riſum vehementer ſolutus;* Haereticus, *aiebat*, hic haereticum accuſat; & p. 9. *Has quoque litteras & mihi, & pluribus aliis Illuſtriſſimi Cardinalis Secretarius, Dominus de* GOVRRE *oſtenait.*

compos factus fuiſſet, niſi SERVETVS *Reſtitutionem Chriſtianismi* deinceps edidiſſet. Quae vero, vt hoc CALVINI factum diluat, ALEXANDER MORVS, vir alioquin ingenioſiſſimus adducit, (r) nullius momenti ſunt.

§. XIX.

Praeter CALVINVM commercium etiam epiſtolicum cum ABELO PEPINO, Monacho primum Franciſcano, poſtea apud Geneuenſes Verbi diuini miniſtro inſtituit. Extat adhuc hoc ex commercio quaedam SERVETI epiſtola, ad PEPI-

(r) In *Oratione pro* CALVINO p. 72 in edit. Belgica ita ſcribit, ac ad Epiſtolam a GROTIO prolatam reſpondet: *Omitto quod in quadam ad* FARELLVM *epiſtola* CALVINVM, *ait, gloriari, effecturum ſeſe, ſi quid ſua valeret auctoritas, ne* SERVETVS *viuus abiret. Non immerito nobis ſuſpecta eſt* GROTIO *fides in* CALVINI *negotio, nec minus, quod extare manum eius Lutetiae narrat: quippe vnde nouit* GROTIVS, *tam certo* CALVINI *manum? Hiſtoriam vitae* FARELLI *manuſcriptam nuper luſtrauimus, vbi quae cum eo* CALVINVS *geſſit, ſedulo memorantur, ſed nihil omnino, quale* GROTIVS *prodidit. Quod interea ſi* CALVINO *ſemel exci diſſet, excidiſſet imprudenti, nec vltra quicquam dicere* GROTIVS *debuit, cum non ſemel, ſed ſaepe contra ſcripſerit, omnibusque niſi ſponte concutientibus mero meridie ſit manifeſtius, emendatum primo* SERVETVM, *deinde mitigatam eius poenam*, CALVINVM *exoptaſſe. Quamobrem igitur tot publicis fidei certiſſimae monimentis, neſcio quam* CALVINI; *vt arbitratur, manum* GROTIVS *praetulit?* Monet (1) CALVINI manum non fuiſſe notam GROTIO. Sed haec facile ipſi nota eſſe potuit. CALVINVS Lutetiae fuerat commerciumque litterarum diu cum Pariſienſibus nonnullis purgatiora ſacra amplexis coluerat. Quarum litterarum exempla ſeruata haud dubie fuerunt. Sed mitto alia. (2) In vita FARELLI MSta nihil eiusmodi legi. Quaſi vero illi, qui vitam alicuius conſcribunt, omnes epiſtolas ad eum ſcriptas memorent. Reliqua ſatis produnt, eum non diffiteri voluiſſe hanc rem penitus. ANDR. RIVETVS, qui GROTII *votum pro pace* refutauit, nihil ad haec reſpondit. Nec CAROLVS DRELINCOVRTIVS *Defenſe du Calvin* p. 284. ſeq. hanc rem tetigit.

PEPINVM ſine die & conſule, ſex ante mortem annis, conſcripta. Eam princeps ex ἀυτόγραφῳ edidit Cl. LA ROCHE, (s) nos vero eandem ex ἀπόγραφῳ operae pretium dicimus repetere, ob eam imprimis cauſam, quod ſibimet ipſi mortem doctrinae ſuae cauſa praedicit SERVETVS. *Mihi*, inquit, *ob eam rem moriendum eſſe certe ſcio.* Sed & hoc in ea memorabile, quod dolet, ſibi non licuiſſe, quaedam mutare in ſcriptis ad CALVINVM miſſis. Epiſtola ipſa ita ſe habet: (t)

Licet Epiſtola mea ad Calvinum duodecima vim legis Decalogi eſſe ſublatam doceat apertiſſime, adhuc tamen locum unum adjungam, ut innovationem per adventum Chriſti factam melius intelligatis. Decalogi igitur legem eſſe ſublatam cognoſces tu manifeſte, ſi locum unum legas Jer, 31. Foedus initum cum Patribus, quando egrediebantur de Ægypto, ſublatum docet Propheta. Hoc autem fuit foedus Decalogi. Dicitur enim 3. Reg. 8. quod in arca erat foedus initum cum patribus in egreſſu de Ægypto, ſcilicet Decalogus. Hinc dicebatur Arca foederis, Hæc autem fuit paciſcendi formula. Deus promittit illos fore ſibi populum, ſi ea verba faciant: Et illi ea verba ſe facturos recipiunt. Ecce foedus. Hoc. autem foedus ſublatum docet Jeremias dicto cap. 31. & Ezechiel cap. 16. & Paulus Heb. 8. Si ea lege nos nunc in ſuos recipiat Deus, eo jugo preſſi ſimiliter periremus, & eſſemus ſub maledicto. Sublata eſt ergo lex illa,

F 2

(s) Vid. *Memoirs of litterature* Vol. II. 1711. Decembr. n. XC. p. 359. 360.

(t) Inſcriptio huius epiſtolae eſt: *A Monſieur Monſieur*, ABEL; Huius epiſtolae quaedam pars occurrit quidem & *in Epiſt. XX. ad* CALVINVM data, in *Reſtitutione Chriſtianismi* p. 627. 628. 629. & in noſtro exemplari fol. 195. a. b. reperiunda. Nihilominus tamen duae hae litterae a ſe inuicem diuerſae ſunt, longaeque aliae in his ac in illis res petractantur, vt ex inſpectione earumque collatione patet.

illa. Non ſub eo foedere nos nunc in ſuos recipit Deus, ſed fide ſola Ieſu Chriſti filii dilecti. Aſpicite igitur quale ſit Evangelium veſtrum Lege confuſum. Evangelium veſtrum eſt ſine uno Deo, ſine fide vera, ſine bonis operibus. Pro uno Deo habetis fatale ſomnium & opera bona dicitis eſſe inanes picturas. Chriſti fides eſt vobis merus fucus nihil efficiens: Homo eſt vobis merus truncus, & Deus eſt vobis ſervi arbitrii chimæra. Regenerationem ex aqua coeleſtem non agnoſcitis, ſed velut fabulam habetis. Regnum coelorum clauditis ante homines, ut rem imaginariam a nobis excludendo. Væ vobis, væ, væ. Hac tertia Epiſtola te ita monitum volo, ut melius cogites, non amplius ita moniturus. Offendit vos forſam quod pugnæ illæ Michaelis me immiſceam, & vos immiſceri deſiderem. Sed locum illum diligenter expende, & videbis homines fore qui ibi pugnabunt, animas ſuas morte exponendo, in ſanguine & teſtimonio Ieſu Chriſti. Angelos vero dici obviam eſt in Scripturis. Annon vides ibi agi de Eccleſia Chriſti jam tot annos fugata? Annon de reſutura eſt diviſio, ut ipſemet Iohannes aſſerit? Quis eſt ibi accuſator ille qui ob legum & præceptorum transgreſſionem nos ante accuſabat? Ante pugnam ait fore accuſationem illam & orbis ſeductionem: Ergo ſequitur pugna, & tempus prope eſt, ut ait. Qui ſunt illi, qui victoriam reportabunt de Beſtia? Non accipientes characterem ejus. Mihi ob eam rem moriendum eſſe certo ſcio; ſed non propterea animo deficior, ut fiam diſcipulus ſimilis præceptori. Hoc doleo quod per vos non licuit emendare locos aliquot in ſcriptis meis, quæ ſunt apud Calvinum. Vale, & a me non amplius literas expecta.

Super cuſtodiam meam ſtabo, contemplabor, & videbo quid ſit dicturus.
Nam veniet, certe veniet, & non tardabit.

§. XX.

§. XX.

Ipſe igitur SERVETVS commodam ei mox occaſionem aperuit, gravius ſe aggrediendi. In initio nempe anni MDLIII. falſiſſimis ſuis opinionibus pertinacius adhuc adhaerens, perniciosiſſimum Librum, quem male *Reſtitutionem Chriſtianiſmi* vocauit, Viennae edidit, & ita SS. Trinitatem, aliaque fidei Chriſtianae capita de nouo impugnauit. Prolixius de hoc rariſſimo libro infra loquemur. Tecto quidem ſub nomine, ſcilicet VILLANOVANI, hic liber editus erat: at CALVINVS, qui arcanis modis cuncta inueſtigabat, quae ad SERVETVM pertinerent, ſtatim reſciſcebat, auctorem eius SERVETVM eſſe. Itaque GVILIELMI TRIE, Lugdunenſis cuiusdam, qui Geneuae commorabatur, opera vſus, nomen SERVETI detulit, effecitque, vt in carcerem coniiceretur. (u)

§. XXI.

Haec ita ſeſe habere, CALVINVM que omnino auctorem fuiſſe carceris SERVETI, praeter ea, quae modo diximus de odio eius multa alia, extra omnem collocant controuerſiam. Principio enim Acta ipſa iudicii, & ſententia iudicum Viennenſium, quam mox afferemus, in SERVETVM lata, luculenter hoc docent. (x) Deinde idem, quod

 in

(u) Teſtatur id HIERON. BOLSECVS l. c. Cap. III. 9. ita: *Sed eodem temporo quoque a* CALVINO *inſtigatus* GVILIELMVS TRIE, *de eadem re Lugdunum & Viennam litteras miſit: factumque hinc, vt in carcerem* SERVETVS *abriperetur.* Conſentiunt alii, quos iam proferemus.

(x) Vid. ipſam ſententiam Viennenſem. Cl. LA ROCHE etiam l. c. p. 102. ex Actis iudicii, quae inſpexit, refert: GVILIELMVM TRIE anno MDLIII. menſe Martio litteras Lugdunum miſiſſe, in iisque SERVETVM, vt hominem perditiſſimum, depinxiſſe. Imo poſt oliquot hebdomadas, CALVINVM iterum, per eumdem Lugdunenſem, viginti litteras, a SERVETO ad

in Actis extat, SERVETVS narrauit: (y) HIERONYMVS quoque BOLSECVS confirmat. (z) Conſpirant etiam optime, remque omnem luculentius exponunt *Dialogi* inter VATICANVM & CALVINVM, contra librum CALVINI de *puniendis haereticis* editi. Ex quibus & hoc patet, GVILIELMVM TRIE tum Geneuae vixiſſe. (a) Porro Viennenſis magiſtra-

ad CALVINVM conſcriptas, in Galliam mitti curaſſe, & quidem Viennam, vt Viennenſes iis, tanquam optimis teſtimoniis, SERVETVM errorum ſuorum eo melius conuincere poſſent, iisque effeciſſe, vt initio menſis Iunii SERVETVS in carcerem coniectus ſit.

(y) Iudicibus enim in pleno ſenatu SERVETVS reſpondit: *qu' il* (ſcilicet CALVINVS) *l' avoit tellement pourſuivi, qu' il n' avoit pas tenu à luy, qu' il n' eut été brûlé tout vif.* Quae tum ſibi refutanda non eſſe duxit CALVINVS.

(z) Vid. §. XVIII. not. e.

(a) Ipſe hic libellus, cuius Auctor a nonnullis eſſe fertur SEB. CASTELLIO, nunc ad manus nobis non eſt. Itaque ex verſione Belgica IOH. VYTENBOGARDI, verba eius tantum exhibebimus, quae ita ſeſe habent: *Als* SERVETVS *ſyne boeken van de Drievuldicheyt dede drucken tot* Vienne, *woonde tot* Genev *een* Lionnois, *die een brief ſchreef, aen een ſyn vriendt, woonachtig tot* Lions, *daer in ookk déſe woorden: Wy en houden geen ketters op, maer ghy lydt onder v* MICHIEL SERVET, *die boeken doet drucken vol doolingen: hy is tegenwoordich te* Vienne *in ſulcken huys* &c. *Die deeſen brief hebben geſien, oordelen vyt den ſtyl, dat* CALVIN *dien had' geſchreven, ende dat de welſpreekentheyt van den* Lionnois *ſoodanich niet en was, dat hie ſo wel ſoude hebben konnen ſchryven. Den* Lionnois *ſeyt evenwel dien van hem ſelve geſchreven te zyn? Tis ſoo, dat ſe voorbedachtelyk ſy geſchreven, ſoo ons hebben vertelt, die ſe hebben geſien, op datſe ſoude komen in handen van de magiſtraet, en den Cardinal van* Tournon. *Eenige ſeggen dat* CALVIN *den brief geſchreven had aen den Cardinal ſelf: aldus: Waert ghy ſoo Godsdienſtich, als ghy u gelaet, ghy en ſoudt niet lyden, dat* SERVET *die nu daer is* &c. *Hoe het zy, de briefen zynde geleſen, wierdt* SERVET *tot* Vienne *gevangen, met den drucker van ſyn boek.* vid. Kerkelike Hiſtorie *P. II. p.* 174. *a.*

Haec

ſtratus idem per nuncium a Geneuenſibus ad ſe miſſum, teſtatus eſt, (b) ſcil. SERVETVM inſtinctu ſupremi Praedicatoris in carcerem abreptum fuiſſe, qer quem ſine dubio CALVINVM intelligunt.

§. XXII.

Qui CALVINO fauent, neſcio, quidnam habeant, quod his auctoritatibus reſpondeant. Nec usquam aliquid apud eos occurrit, quod momentum hac in cauſa habeat. IACOBVS TRIGLANDIVS, qui ex inſtituto VYTENBOGARDI *Hiſtoriam Eccleſiaſticam* confutauit, vix leuiter hanc rem tangit, idque vnum modo memorat, CASTELLIONI fidem haberi non poſſe, eo quod infenſus CALVINO fuerit. (c) Sed ut taceam, incertum eſſe, an CASTELLIO auctor ſit Dialogorum inter VATICANVM atque CALVINVM, (d) haec reſponſio valeret, ſi ſola CASTELLIONIS fide, narratio haec ſtaret. Ipſe CALVINVS tamen nonnulla protulit ſeſe defendendi cauſa: quae infra ſubiicimus, ne quis criminetur, omiſſa

Haec verba GODOFREDVS ARNOLDVS in *haereſiolog.* repetit germanice P. IV. Sect. II. Num. LIII. p. 443. ſed non addit, vnde hauſta ſint.

(b) Idem VYTENBOGARDVS hoc iterum loco refert, ſcribens: *Als* SERVET *gevangen was, ſondt de Magiſtraet een bode na* Vienne, *te haelen te Sententie van die van* Vienne, *tegen* SERVET. *Sy gavenſe den bode; hem daer by ſeggende, Dat* SERVET *to* Vienne *was gegrepen geweeſt, op het te kennen geven van de opperſten Predicant tot* Geneve.

(c) Is enim in *Kerckelicke Geſchiedeniſſen begrypende de ſwaere en bekommerlyke geſchillen, in de Vereenigde Nederlanden voorgevallen, met derſeluer Behliſſinge, ende Aenmerckingen op de kerckelycke hiſtorie van* IOHANNES VYTENBOGAERT *Leyden* 1650. *fol. p.* 116. 117. ait: Maer alſoo CASTELLIO (cui Dialogos hos tribuit) een heffig vyandt is gheweeſt van den vromen CALVIN, ſoo ſtaet te bedencken, of het wel is te gelooven, dat datſelve verhael in alle omſtandicheden ſoo getrouwelyck handelt, als het wel behoort.

(d) Vid. VINCENTII PLACCII Theatrum Anon. & Pſeudonym. p 167. n. 576.

omiſſa eſſe a nobis, quae exiſtimationem eius munire queant. (e) Si quis tantum in illis reperiet ponderis, vt valere poſſint ad excuſandum CALVINVM, contra tot teſtimonia, ipſamque iudicum Viennenſium ſententiam, nos minime repugnamus. Sed veremur tamen, ne parum in illis inueniant praeſidii, qui bene cupiunt CALVINO, praeſertim cum ipſe ſe, ſi hoc feciſſet, recte facturum fuiſſe, non neget. (f)

§. XXIII.

(e) In *refutatione* enim *errorum* MICHAELIS SERVETI p. 695. ita ſcribit: *Mea enim opera factum fuiſſe affirmans, vt Viennae in prouincia Lugdunenſi captus fuerit. Sed vnde mihi tanta cum Papae ſatellitio repente familiaritas? vnde etiam tanta gratia? Scilicet credibile erit, litteras inter eos vltro citroque volitare, quibus non minus eſt inter ſe diſſidium quam Chriſto cum Belial. Quare pluribus verbis tam futilem calumniam refellere nihil attinet, quae ſimplici negatione fracta concidit. Iam fluxerunt anni IV. ex quo hanc de me fabulam commentus eſt* SERVETVS *ipſe, & ſpargendam Venetiis curauit. Quamquam odiumne mihi de nihilo maligne conſtare voluerit, an falſo ſuſpicatus ſit, quod ſcribebat, non diſputo. Tantum quaero: ſi iam tunc meo iudicio proditus fuerat, qui factum eſt, vt triennium quietus & ſine moleſtia ante hoſtium oculos tranſigeret? Certe aut concedant neceſſe eſt, confictum fuiſſe de me crimen: aut plus ſancto ſuo martyri fauoris fuiſſe apud Papiſtas, quam vt illi mea accuſatio quidquam noceret.* Forte nonnulli erunt, qui ſuſpicabuntur, CALVINVM id tantum dicere velle, ſe non immediate denunciaſſe hominem: id quod conceditur.

(f) Statim poſt verba mox allegata pergit: *Nec vero, ſi vere id mihi obiicerent, putarem eſſe negandi cauſam, qui non diſſimulo, me authore factum eſſe, vt in hac vrbe deprehenſus ad cauſam dicendam poſtularetur.* Huc reſpexit ſine dubio VYTENBOGARDVS loc. cit. P. II. p. 76. a. ſic ſcribens: Man gaf CALVINO nae, dat hy eerſt beſtelt hadde dat SERVET te *Vienne* gefangen wierdt, in handen van de Papiſten ; 't welck ſeer vreemt geduydt wierdt, den CALVINVS ontkande; doch ſoo (ſeyden ſyne parthyen) dat hy

hy

§. XXIII.

Omnia vti diximus ex ſententia CALVINO ſuccedebant, SERVETVS enim virtute litterarum, quas GVILIELMVS TRIE inſtinctu CALVINI eo miſerat, comprehenſus, per iudicem vicarium Viennenſis ciuitatis in carcerem ducebatur. Sed quoniam diu iam Viennae medicinam fecerat, variosque morbis affectos curauerat, multorum etiam ibi beneuolentiam ſibi comparauerat. In his ipſe erat, quem modo nominaui, iudex huius oppidi vicarius, qui, vt voluntatem ſuam in SERVETVM oſtenderet, carceris cuſtodem, liberaliter eum habere iuſſit, permiſitque, vt omnes, qui vellent, libere eum adirent. Inconſueta vero iſta comitas, occaſionem ipſi ſuppeditabat, tertio ſtatim die ex carcere clam aufugiendi. Bis Viennae ad cauſam dicendam in iudicium vocatus fuit, die ſcilicet Mercurii & Iouis: tertio vero Veneris die horam circiter nonam matuninam fuga ſaluti ſuae conſuluit. (g)

§. XXIV.

Magiſtratus vero, quum SERVETVM aufugiſſe, certior factus eſſet, die XVII. Iunii concilio coacto, SERVETVM cauſa eius ac re cognita, haereſeos condemnauit, lataque ſententia dignum cenſuit, qui lento igne viuus combureretur. Interea autem, donec ipſe deprehenderetur SERVETVS, effigiem eius, loco ipſius comburi iuſſit. Id quod etiam factum eſt, namque effigies in carrucam impoſita, atque ad locum, ſupplicio huic deſtinatum, vecta, ibique patibulo alligata, vna cum libris exuſta eſt. Sentententia quam Senatus Viennenſis in SERVETVM tulit, ne orthographia quidem mutata, ita ſeſe habet:

 Entre

hy genoech te kennen geeft, dat, as hadde hy het gedaen, ſeer wel gedaen ſoude zu geweeſt, 't welck ſy namen voor eene bekentniſſe.

(g) Vid. *Biblioth. Angl. Tom. II. p.* 103. vbi Cl. LA ROCHE haec omnia ex Actis iudicii refert.

ENtre le Procureur du Roy Daulphin demandeur en crime d' hereſie ſcandaleuſe, dogmatiſation, compoſition de nouvelles doctrines & livres heretiques, ſchisme & perturbation de l' union & repos publiques, rebellion et deſobeiſſance aux ordonnances faictes contre les héreſies, effraction & evaſion de priſons royalles Delphinales, d' une part; & Mre MICHEL DE VILLENEVFVE *medicin; parcy devant priſonnier aux priſons du Pallaix Delphinal de* Vienne, *& a preſent fugitif a cauſe desdits crimes, d' autre.*

Veu par nous les pieces juſtificatives desdites hereſies, mesmes les Epiſtres & Eſcritures de la main dudit VILLENEVFVE *adreſſées a Mre* IEH. CALVIN *prescheur de* Geneve *& par ledit* DE VILLENEVFVE *recogneues, ſes reponces, confeſſions & negations, les reponces & autres procedures concernantes* BALTHASARD ARNOLLET *Imprimeur, certaines basles & livres imprimez, desquels l' intitulation eſt* Chriſtianismi Reſtitutio, *les tesmoings examinez ſur ce que ledit* DE VILLENEVFVE *avoit compoſé & faict imprimer ledit livre a ſes deſpens, les rapports des Docteurs en Theologie & autres perſonnes notables ſur les erreurs contenus audit livre & Epiſtres. Et lesquels erreurs & hereſies ſont d' ailleurs manifeſtes par la lecture d' yceux -------- faictes ſur l' evaſion des priſons & diligences de apprehender ledit* VILLENEVFVE, *adjournemens a trois briefs jours & defaults ſur iceux obtenus, recollemens des tesmoings, concluſions diffinitives dudit Procureur du Roy Daulphin, & tout ce qui a été remys par devers nous; le tout conſideré; nous avons dict & diſons lesdicts defaults avoir eſté bien & devement obtenus, pour le profit desquels nous avons forclos & forcluons ledit* DE VILLENEVFVE *de toutes exceptions & defences, declairé & declairons atteint & conveincu des cas & crimes a luy impoſez, pour reparation desquels nous l' avons condamné & condamnons, aſſavoir pour*

pour le regard de l' amende pecuniaire en la ſomme de mille livres tournois d' amende envers le Roy Daulphin, cela eſtre, incontinent qu' il ſera apprehendé, conduyt ſur un tumbereau avec ſes livres a jour & heure de marché des la porte du Pallaix Delphinal par les carrefours & lieux accutumés jusques au lieu de la Halé de la preſente Cité, & ſubſequemment en la place appellee de CHARNEVE, *& illec eſtre bruſle tont vif a petit feu : tellement que ſon corps ſoit mis en cendre. Cependant ſera la preſente Sentence executée en Effigie, avecques laquelle ſeront leſdits livres bruslez. Et ſi l' avons condamné & condamnons es deſpens & frais de Juſtice, desques nous reſervons la taxe, declairans tous & chacun ſes biens acquys & confisqués au proffit de qui appartiendra, leſdits frais de Juſtice & amende ſnr iceux biens au prealable livrés & payés.* DE LA COVR *Vybally & Juge Delphinal.* GRATER *Aſſeſſeur.* CARVER *Aſſeſſeur.* PVTOD *Aſſeſſeur.* DV PRAT *Aſſeſſeur.* ADEBAIS *Aſſeſſeur.* TAMPTESIEV PASSARD *Aſſeſſeur.* BERTIER *Aſſeſſeur.* P. LE COVRT *Aſſeſſeur.* LOYS MARCEL *Aſſeſſeur.* CHRISTOFFLE *Aſſeſſeur. Publiée ladite Sentence en plein jugement a l' audiance dudit Procureur du Roy Daulphin. Nous Vybally & Juge ſusdit ſeans dans l' Auditoire du Pallaix Delphinal de* Vienne *le dix ſeptieme jour du mois de* Juing *l' an mille cinq cens cinquante troys. Preſens a ce Mes.* PHILIBERT COLLINS, ALEXANDRE ROLLAND, CLAVDE MAGVIN, CHARLES PERDOMEY, PIERRE DES VIGNES, *& pluſieurs autres Praticiens de* Vienne *illec eſtans, & moy Greffier ſoubſigné,* CHASALIS.

Dudit jour enuiron l' heure de mydy après que l' Effigie dudit VILENEVFVE *avoir eſté faicte au devant dudit Pallaix Delphinel, icelle Effigie par* FRANCOIS BERODE *Executeur de la haute Juſtice, lequel l' on a envoyé querir à ces fins, a eſté miſe ſur un tumbereau avec cinq basles des livres*

 compo-

compoſés par icelluy VILLENEVFVE, *& après, ledit tumbereau, chargé desdits Effigie & livres, a eſté conduit & mené par ledit Excuteur des la porte dudit Pallaix par les carrefours & lieux accoutumés jusques au lieu de la Hale de la preſente Cité de* Vienne, *& ſubſequemment en la Place appellée la* Charneve, *dans laquelle ladite Effigie a eſté attachée à une potence expreſſement erigée, & aprés bruslée avec lesdits livres à petit feu par ledit Executeur, le quel a mis à deue & entiere execution ladite Sentence pour le regard de ladite Effigie, ſelon la forme & teneur, en preſence de* GVIGVES AMBROSIN *crieur & Trompette de* Vienne, CAVDE REYMET, MICHEL BASSET *Sergens Royaulx Delphinaulx*, SERMET DES CHAMS, ——— *de* Vienne, *& de pluſieurs aultres gens illec aſſemblée pour voir faire ladite excution. Ainſi a eſté procedé, & par moy Greffier ſoubnommé receu.* CHASALIS. *Extrait des Regiſtres de la Cour du Balliage de* Vienne *par moy Greffier ſoubſigne*, CHASALIS.

§. XXV.

Vienna quidem SERVETVM elapſum eſſe, nullum dubium eſt, quum omnes, qui carceris huius meminerunt, id vno ore aſſerant. (h) Quibus vero artibus aut mediis adhibitis, certo non conſtare videtur. Interim non audiendus eſt CONRADVS SCHLVSSELBVRGIVS, (i) qui eum ex carcere dimiſſum eſſe narrat, eo quod ſe hoſtem eſſe Lutheranorum, profeſſus eſſet. A quo non longe abit IOH. CONR.

CONR.

(h) Vt HIERON. BOLSECVS l. c. IAC. SPONIVS in *Hiſtorie de Geneue Lib. III. p.* 256. IOH. CONR. ZELTNERVS l. c. IOH. CALVINVS *in ep. ad.* SVLCERVM MDLIII. ſcripta, THEOD. BEZA *in vita* CALVINI. GODOFR. ARNOLDVS in *Hereſiologia P. II. L. XVI. C. XXXIV.* §. 4. *p.* 406. multique alii.

(i) In *Catalogo Haereticorum* Lib. XI. p. 12. Francof. 1599. in 8.

CONR. ZELTNERVS (k) qui idem fere refert, SERVETVM ſcilicet, Viennam vocatum fuiſſe, quo doctrinae ſuae rationem redderet, eum autem, quum ſe acerrimum Lutheranorum hoſtem nominaret, ſaluum iterum Vienna abiiſſe. Vtriusque opinionem, & SERVETVS ipſe & ſententia Viennenſis luculenter ſatis refellunt. Id ex *Actis Iudicii* certum eſt, quae Cl. LA ROCHE inſpexit, eum, quum claues expetiiſſet latrinae, hac occaſione vſum, abiiſſe: Dederat enim Vicarius Iudex ei poteſtatem, quo vellet eundi. Veriſimile itaque eſt, SERVETVM nec inuito nec inſcio Iudice ac cuſtode euaſiſſe.

§. XXVI.

Vienna itaque, quocunque modo ſit, elapſus, Neapolin petere, ibique medicinam, inter Hiſpanos ibi commorantes, facere, in animo quidem habuit, (l) at non Italiam, vt aliqui defendunt (m) antea permigrauit. Itinere ſuo, per LVYSETVM directo quo eques venerat, reliquam viam, Geneuam usque pedes confecit, hoſpitiumque ſibi domum, cui Roſae nomen, elegit, ex quo deinceps in carcerem abreptus eſt. Quo vero die SERVETVS Geneuam ingreſſus ſit, non liquet. Qui die dominico, cum HIERON. BOLSECO, (n) IOH. VYTENBOGARDO (o) aliisque, SERVE-

 TVM

(k) Qui l. c. p. 500. ita ſcribit: *His factis* (nimirum Bibliis Lugduni impreſſis) *a Lugduno iterum abiit, & quamquam in latebris ſaltem haerebat, ad cauſam tamen dicendum aliquando productus Viennam Delphinatus euocatus eſt, ibidemque ſe acerrimum Lutheranorum hoſtem profeſſus, ſaluus iterum euaſit.*

(l) Fallitur itaque STANISLAVS LVBIENICIVS, qui in *Hiſtoria Reform. Polon. Lib. II. Cap. V. p.* 79. eum Venetias ire voluiſſe, refert.

(m) Vid. ſupra §. XV. not. e. f. g.

(n) Qui l. c. Cap. IV. p. 9. ſcribit: *Erat autem dies dominicus quo Geneuam ingreſſus eſt.* Idem quoque narratur in *Dialogis inter* VATICANVM *&* CALVINVM, aliisque libris non magni ponderis.

(o) Is enim l. c. P. II. p. 74. a.

TVM eo veniſſe ſtatuunt, illi eam ob cauſam id modo defendere videntur, vt probent, SERVETVM, CALVINVM lubenter e ſuggeſtu loquentem, audire voluiſſe, & inſtinctu CALVINI ex concione in carcerem deductum fuiſſe, atque ita CALVINI exaggerent atrocitatem. Haec autem falſa eſſe, omnium optime ex ipſis *Iudicii Actis* probari poteſt, ipſe eum enim SERVETVS (p) aperte coram iudicibus faſſus eſt, ſeſe numquam, neque in plateis neque in concione Geneuae viſum fuiſſe, ſed ſtatim naui Tigurum abire voluiſſe. Multis enim iam notus erat SERVETVS, ob dogmata ſua, quae in Helvetia, in Germania, & Geneuae vbique fere diſſeminata erant, multosque ea propter habebat inimicos, proinde ex metu, ne exploraretur, in occulto Geneuae latuit. Accedit, CALVINVM faciem eius, quippequam olim Lutetiae viderat, cognouiſſe. Fallit ideo vehementer ac fallitur IACOBVS SPONIVS (q) qui, eum dogmata ſua ſpargere publice ibi coepiſſe, narrat. Id enim ſi ita fuiſſet, nec ipſe CALVINVS id tacuiſſet, quum res SERVETI coram iudicibus tractaretur. Vt taceam, quae SERVET. ipſe, (r) BOL-

a. cum SERVETVM, Viennae captum fuiſſe narraſſet, pergit: *Maer heymelyck vyt de gevangenis ontkomen zynde, quam hy binnen Geneve, ende den ſeluen dage, op Sondagh naemiddach, hoorde hy aldaer de Predicatie.*

(p) Teſte Cl. LA ROCHE, qui l. c. p. 110. ita ſcribit: *Mais il eſt certain, par ſa propre confeſſion, qu' il ne parût point en public, de peur d' être decouvert.*

(q) In *Hiſtoire de Geneue* p. 256. inquiens: *il vint a Geneve, ou il commença à dogmatiſer.*

(r) Dixit enim Iudicibus ſuis: *qu' il avoit deja parlé à l' hoteſſe, pour trouver une Barque, qui le menât par le Lac auſſi haut qu' il ſeroit poſſible, pour prendre la route de Zurich, & qu' il ſe tenoit caché à Geneve, a fin de s' en pouvoir aller ſans eſtre reconnû.* vid. *Bibl. Angl. Tom. II. p.* 109. vbi Cl. LA ROCHE commorationis huius ita meminit. *Je n' ai pû*, ait, *decouvrir, quel jour*

BOLSECVS, (s) IEREM. FELBINGERVS, (t) pluresque alii (u) teſtati ſunt, eum ſcilicet ne cogitaſſe quidem illic ſubſiſtere, ſed metu CALVINI progredi, multo minus publice ibi docere voluiſſe.

§. XXVII.

Compertum habebat per exploratores CALVINVS, Vienna diſceſſiſſe SERVETVM & Geneuam venturum eſſe: neque latebat eum, ſimulac adueniſſet, adeſſe hominem. Ergo ſtatim ad ſupremum vrbis Syndicum miſit, eumque in carcerem duci curauit. (x) In libera vero ciuitate hac id

jour il entra dans Geneve; mais il y logea à l' Enſeigne de la Roſe; *& il avoit deſſein de louer vn Bateau le le lendemain, pour trauerſer le Lac, & pour ſe rendre en ſuite à Zurich.*

(s) l. c. Cap. IV. p. 9. *non cogitabat*, ait, *illic ſubſiſtere, ſed metu* CALVINI *progredi, niſi ſecuritatem ſibi eo die per ſtatuta & priuilegia ciuitatis fuiſſet pollicitus.*

(t) Hic enim exiſtimauit, SERVETVM, Geneuae ab amicis detentum fuiſſe, vt CALVINVM audiret. Accepit hoc ex ore eius HENR. LVD. BENTHEM, qui hominem hunc Socinianum A. 1687. Amſtelodami allocutus eſt, in ſuo Holländ=Schul=und Kirchen=Staat P. I. C. XIX. §. XXXVII. p. 906. ſcribens: Genff und CALVINI Nachfolger (verba FELBINGERI recenſet) fühlten auch Gottes Straffe, weil daſelbſt SERVETVS verbrannt, der ihnen doch kein Leid gethan, ſondern nur hätte durchreiſen wollen, aber von guten Freunden aufgehalten, daß er des folgenden Tages CALVINVM möchte predigen hören, worüber er durch CALVINI Getrieb in den unverſchuldeten Tod gerahten ſey. Cl. BOYSENIVS l. c. p. 22. coniicit, eum SOCINI precibus, conſuetudinem ejus efflagitantis, commotum forſan eſſe, vt per aliquot dies ibi ſubſiſteret. Sed hoc an ita ſeſe habeat, valde dubito.

(u) Vt THEOD. BEZA loco cit. p. 21. CHRISTOPH. SANDIVS l. c. p. 7. IOH. CONR. ZELTNERVS l. c. p. 500. GODOFR. ARNOLDVS in *Haereſiologia* P. II. L. XVI. Cap. XXXIV. §. 4. p. 406. qui omnes vnanimiter teſtantur, SERVETVM modo Geneuam tranſire voluiſſe.

(x) Auctorem ſe carceris SER-

id moris eſt, vt nemo capiatur, niſi accuſator eius, vna cum reo ſeſe ad vincula ſponte offerat. Id ergo CALVINVM oportebat facere. Verum Gallum quendam NICOLAVM DE LA FONTAINE commouit, vt ſe huius SERVETI accuſatorem daret, cum ob alias cauſſas, tum, ne videretur forſan, acſi CALVINVS ipſe SERVETVM ad mortem vsque perſequi vellet. (y) Quis autem NICOLAVS iſte DE LA FONTAINE fuerit dubium eſt. Equidem ex *Hiſtoria* SERVETI *manuſcripta* (z) cuius Auctor fortaſſi CASTELLIO erit, & ex VYTEN-

---

SERVETI fuiſſe, CALVINVS ipſe variis in locis teſtatus eſt. Ita enim in *Fideli Expoſitione* SERVETI *errorum* p. 687. ſcribit: *Nam quidquid in Senatu noſtro actum eſt, mihi paſſim adſcribitur, Nec ſane diſſimulo, mea opera conſilioque iure in carcere* (forſan *carcerem*) *fuiſſe coniectum. Quia recepto ciuitatis huius iure, criminis reum peragere oportuit: cauſam huc vsque me eſſe proſecutum, fateor.* Idem fere & in Epiſtola quadam ad SVLTZERVM data extat. *Tandem*, ait, *huc malis auſpiciis appulſum* ſcilicet SERVETVM, *vnus ex Syndicis, me Auctore, in carcerem duci iuſſit. Neque enim diſſimulo, quin officii mei duxerim, hominem plus quam obſtinatum & indomitum quoad in me erat compeſcere.* Vid. CALVINI *Epiſtolae & Reſponſa* Ep. CLVI. p. 294. *Hanoviae MDXCVII. in 8vo.*

(y) Apparet id ex *Epiſtola* CALVINI CLVI. p. 289. vbi ita ad FARELLVM ſcripſit: *Iam nouum habemus negotium cum* SERVETO. *Huc tranſire forte cogitabat. Nec dum enim ſcitur quo conſilio venerit; ſed cum agnitus fuiſſet, retinendum putavi.* NICOLAVS *meus ad capitale iudicium, poenae talionis ſe offerens, ipſum vocauit.* Nec non BOLSECVS idem affirmat l. c. p. 9. *Simulac*, ait, CALVINVS *certior de aduentu in vrbem* SERVETI *factus eſt,* NICOLAVM *miniſtrum ſuum accuſatorem ſubmiſit, qui ipſum in ius vocaret, & poſtridie fratrem ſuum* ANTONIVM, *qui pro miniſtro cautionem interponeret, ſubornauit:* cf. etiam Cl. LA ROCHE l. c. p. 112.

(z) Ita enim Auctor huiusce *Hiſtoriae* de NICOLAO memorat: *Is*, ait, *fuit aliquando coquus Nobilis cuiusdam, nomine* FALESII, *quem* FALESIVM CALVINVS *aliquando tanti fecit ob religionem, vt eum in*

VYTENBOGARDO (a) coquum cuiusdam nobilis eum fuiſſe apparet. Alii vero CALVINI eum coquum fuiſſe cenſent. (b) Sed Cl. LA ROCHE coniicit, eum CALVINI famulum fuiſſe,

---

in quadam Epiſtola laudauerit ſummopere. Sed poſtea, cum favere videretur FALESIVS *cuidam Medico nomine* HIERONYMO, *qui in vinculis tenebatur propter cauſam praedeſtinationis, quoniam de ea diſſenſiſſet, in publica congregatione a* CALVINO *iudicatus eſt haereticus. Ab eodem* CALVINO *mittitur ibi famulus, qui ſeſe accuſatione (accuſatorum* forte legendum) *dedit: & SERVETVS a concione vocatus, & nomen ſuum confeſſus, coniectus eſt in carcerem, nec non ipſe famulus* CALVINI, *qui paulo poſt datis fideiuſſoribus liberatus eſt.* Hic Medicus HIERONYMVS nullus eſt, quam HIERONYMVS BOLSECVS.

(a) Qui loco cit. p. 74. b. idem refert: CALVIN, inquit, *hadd' een Knecht, eertyds Kock geweſt by een Edelman* FALFZE *genaemt, in ſecker Brief van* CALVIN *ſeer gepreſen om ſyne Religie, doch na der hand van* CALVIN *Ketter geſcholden, om dat hy een ander gevoelen ſcheen te hebben van de Predeſtinatie. Deſe Knecht van* CALVIN *opgemaeckt, beſchuldicht* SERVET, *die daer op uyt de Predicatie geropen, ende ſynen naem bekent hebbende, in de gevanckenis geworpen wierd, te gelyck met* CALVINI *Knecht, die ſtracx daer aen op borchtocht weder wierd ontſchlagen.*

(b) Patet id ex Libello quodam ſine nomine 1554. 12. edito, & in Batavia 1612. recuſo in 8 cuius hic index: *Contra libellum Calvini, in quo oſtendere conatur Haereticos iure gladii coërcendos eſſe §. LXI.* Verba haec ſunt: *An* CALVINI *coquus potuerit de* SERVETI *erroribus circa Trinitatem, & Fatum, & eius generis obſcuriſſimas quaeſtiones (in quibus tot iam ſeculis deſudauit Eccleſia) iudicare, & primus lapidem iacere, aut vt falſus teſtis eodem ſupplico affici, iis iudicandum relinquo, hominis qui ignorantiam norunt. Item, an Paſtori licuerit ex culina ſua accuſatorem rei capitis depromere, iudicent ii, qui Apoſtolorum mores ingeniumque norunt. Coquus ille non eſt accuſator, ſed muta perſona, & accuſatoris larua, vt ea deceptus Magiſtratus pateretur verum accuſatorem* CALVINVM *totam* SERVETI *cauſam agere, id quod ei non licuiſſet, ſi ſecundum vrbis legem fuiſſet ipſemet in vinculis.*

fuiſſe, (c) quia ipſe SERVETVS in libello quodam, mox afferendo, quem ad Senatum Geneuenſem dedit id ipſum faſſus ſit. Mihi quidem perinde erit, quisquis ille fuerit, dummodo hoc certum maneat, eum primum atque primarium SERVETI aduerſarium & accuſatorem, coram iudicio Geneuenſi fuiſſe. Quid autem hunc inter atque SERVETVM, ceterosque SERVETI aduerſarios, quotidie in iudicio actum ſit, id ordine recenſebo.

§. XXIIX.

Auguſti Menſis dies fuit decimus quartus, quo SERVETVS primum vna cum NICOLAO DE LA FONTAINE, accuſatore ſuo, coram iudicibus comparuit. Hic triginta & octo formauerat quaeſtiones, (d) ad quas, vt SERVETVS diſtincte reſponderet, ſenatum implorauit. Omnes fere quaeſtiones illae ad doctrinam pertinebant, SERVETI, trigeſima autem ſeptima SERVETVM accuſabat, quod publicis ſcriptis grauiſſime in CALVINVM inuectus eſſet, ſimulque doctrinam, quam CALVINVS profitebatur, exagitaſſet. Huic accuſationi SERVETVS reſpondit, CALVINVM iam antea

(c) L. c. p. 112. ſcribens: *Vn nommé* NICOLAS DE LA FONTAINE, *natif. de* St. Gervais, *dans cette partie de* l' Isle de France, *qu' on appelle le* Vexin François, *entreprit de l' accuſer, & de le pourſuivre en ſon propre nom; mais il fut continuellement dirigé par* CALVIN. *Je ne ſaurois m' imaginer, que cet homme ait été Cuiſinier de* CALVIN, *comme on l' aſſure dans le livre, que j' ai cité cideſſus* (vid. not. praecedentem b.) *Je croirois plûtôt, que* NICOLAS DE LA FOINTAINE *étoit un pauvre Etudiant. & vne eſpèce de Domeſtique de* CALVIN. SERVET *dit poſitivement, dans vne Requete, qu' il preſenta aux Magiſtrats de Geneue,* ——— *que* CALVIN *etoit ſon Maitre.* At nihil obſtat, quo minus & coquus eius & famulus ſimul eſſe potuerit. Sed verſimilius tamen arbitror, inde famam natam eſſe de coquo CALVINI, quod homo hic antea coquus fuerit.

(d) Quadraginta memorat CALVINVS in *Epp. & Reſponſ.* Ep. CLII. p. 289.

tea per Libros typis expreſſos, maxima ſe quoque affeciſſe iniuria, ſe vero oſtendiſſe tantum CALVINO, quantis laboret erroribus. Quum SERVETVS ad omnes reſpondiſſet quaeſtiones, accuſator librum quendam typis conſignatum, vna cum manuſcripto quodam in medium protulit. Fuit hoc ſine dubio illud, quod SERVETVS Vienna ad CALVINVM Geneuam olim miſerat, de quo §. XIIX. ſupra dixi. Quorum ſe auctorem eſſe, SERVETVS non negauit. Porro idem SERVETI aduerſarius duos alios adhuc produxit Libros *Ptolomaeum* ſcilicet atque *Biblia*, quibus utrisque notas adiecerat SERVETVS vt ipſe faſſus eſt. (e) Finitis tandem iudicii horis, ſemetipſum in cuſtodiam dedit accuſator, mox tamen, ſequente ſcilicet die, ex ea iterum, cautione interpoſita dimiſſus eſt. (f)

§. XXIX.

Decimo quinto Auguſti quum compareret SERVETVS, quaeſtiones ſuas, quas praecedente die dederat, denuo repetiit, quaeſtiones vero ei propoſitas, negauit partim, partim affirmauit. Iudices vero, quum multa criminum veſtigia in SERVETO deprehenderent, accuſatorem eius, vade dato, ſolui poſſe, rati ſunt. Altero autem die, decimo ſexto ſcilicet huius menſis, LA FONTAINE quendam nomine GERMAIN COLLADON (g) ſecum in iudicium duxit. Eaedem adhuc, quae antea, SERVETO proponebantur quaeſtiones. Ad tertiam vero quum perueniſſent, accuſator eius exemplum quoddam *Geographiae* PTOLOMAEI produxit, & notas, quas SERVETVS, praeſertim deſcriptione Pa-

 leſtinae

(e) Vid. Cl. LA ROCHE l. c. p. 115.

(f) Teſtatur id CALVINVS ep. CLII. p. 290. ſcribens: NICOLAVS *die tertio quum fratrem meum ſponſorem dediſſet, quarto abſolutus eſt.*

(g) Is haud dubie Gallus quidam fuit, qui Geneuam ſeſe receperat, SERVETVMque in Galliis antea nouerat.

leſtinae adiecerat, iudicibus oſtendit. Loca quoque nonnulla ex SERVETI Libris conſcripta, hocce die prolata ſunt, quibus, SERVETVM errorum ſuorum eo melius conuinci poſſe, credebant. Elapſo autem opinione citius iudicii tempore, in quaeſtione vndecima ſubſtiterunt. Interea LA FONTAINE litteras ad Senatum ſupplices miſit, quarum initium, referente Cl. LA ROCHE (h) ita ſeſe habet:

Par devant vous, Magnifiques, Puiſſans, & très Rèdoubtés, Seigneurs, propoſe NICOLAS DE LA FONTAINE, *s' étant conſtitué priſonnier en cauſe criminelle contre* MICHEL SERVET, *pour les grands ſcandales & troubles, que ledit* SERVET *à deja faict par l' eſpace de vingt-quatre ans, ou environ, en la Chretienté, pour les blasphemes qu' il a prononcé & eſcript contre Dieu,* (i) *pour les hereſies, dont il a infecti le monde pour les mechantes calumnies, & fauſſes diffamations, qu' il a publicé contre les grands Seruiteurs de Dieu, & notamment contre* Monſr. CALVIN, *duquel ſedit Propoſant eſt tenu de maintenir l' honneur, comme de ſon Paſteur, s' il veût etre tenu pour vn Chretien, & auſſi à cauſe de blasme & deshonneur, qui pourroit avenir a l' Egliſe de Geneue, pour ce que ledit* SERVET *condamne par eſpecial la doctrine, qu' on y preche* &c.

Initium tantum hoc eſt, vt dixi, libelli huius ſupplicis. In ſequentibus enim iudices precatus eſt, quo SERVETVM eo adigerent, vt ad quemlibet articulum ipſi propoſitum rotunde ſineque ambagibus reſponderet: Tum autem, quum haereſes

(h) Vid. Cl. LA ROCHE l. c. p. 117.

(i) Abſurda maxime videtur haec expreſſio, acſi SERVETVS Atheus fuiſſet. Scripſit enim SERVETVS non contra DEVM, quem agnouit atque credidit, ſed contra Trinitatem, de qua grauiter dubitauit atque errauit.

haereſes atque errores ſuos ſparſiſſe, ſatis conuictus eſſet SERVETVS, accuſationi curatores Fiſci eum exponerent, accuſatorem vero a carcere, ſumtibus, ceterisque incommodis liberum pronunciarent. Ceterum libello huic, triginta & octo illi articuli, de quibus § praecedente dictum eſt, adiecti fuerunt.

§. XXX.

Senatus die XVII. Auguſti iterum conuenit, SERVETVMque coram pleno Senatu vna cum LA FONTAINE atque COLLADON in iudicium vocauit. Produxerunt ii duas OECOLAMPADII litteras, (k) duoque ex MELANCHTONIS *Locis*, loca, (l) quo probarent, SERVETVM iam in Germania damnatum fuiſſe. Id quod autem SERVETVS negauit: ſcripſiſſe quidem feſſus eſt, MELANCHTONEM atque OECOLAMPADIVM aduerſus ſe, hoc vero nullo modo pro ſententia Praetoris haberi poſſe. Ita Cl. LA ROCHE rem refert: (m) at paullo aliter CALVINVS eam narrat. (n) Ad tertium articulum, de quo SERVETVM interrogabant, obiecit ei LA FONTAINE, monuiſſe eum lectores *Ptolomaei*, ne crederent fertilitatem Palaeſtinae, terram enim eſſe miſeram atque ſterilem; at MOSEN tamen, de fertilitate eius maxima teſtatum eſſe: quod vt probaret, locum quendam ex eius

 Pto-

(k) Quas ſupra §. V. inſertas vide.

(l) Is enim in *Locis Theologicis* p. 221. ita ſcripſit: *Luſit homo Fanaticus*, SERVETVS, *de vocabulo* Perſonae, *& diſputat olim* Latinis *ſingnificaſſe* Habitum, *aut* Officii Diſtinctionem, *vt dicimus* ROSCIVM *alias ſuſtinere Perſonam* ACHILLIS, *alias ſuſtinere Perſonam* VLYSSIS; *ſeu alia eſt perſona* Conſulis, *alia* Servi, *vt* CICERO *inquit*, magnum eſt in Republica tueri Perſonam Principis: *& hanc veterem ſignificationem vocabuli ſycophantice detorquet de tribus* Perſonis Diuinitatis. Et p. 327. *aſtutum* & *impium* SERVETVM dixit.

(m) L. c. p. 119.

(n) In *Epp.* enim *Reſponſis* Ep.

Ptolomaeo in medium protulit. (o) SERVETVS primo ſe horum verborum auctorem eſſe negauit; Deinde hoc recte ſcriptum eſſe defendit, nec ſe MOSEN intellexiſſe, quum ſcripſiſſet, iniuria Paleſtinae aut iactantia tantam huic terrae fertilitatem eſſe adſcriptam: ſcripſiſſe enim alios praeter MOSEN de *Palaeſtina*: Poſtremo, quum fortius vrgeretur, *nihil eſſe iſtic mali*, defendit. Ita rem hanc IOH. CALVINVS narrat (p) geſtam eſſe. At paulo aliter *Acta* docent. (q) Vtcunque eſt, id certum manet SERVETI verba ſic poſita eſſe, vt ſi minus impie, temere tamen ac imprudenter loquutus ſit SERVETVS: (r) Ceterum commemora-

---

Ep. CLVI. ad SVLTZERVM data p. 294. ita ſcribit: *Tantum abeſt à ſpe reſipiſcentiae, vt non dubitet ſanctis viris* CAPITONI *&* OECOLAMPADIO *aſpergere hanc maculam, quaſi ſocii fuerint. Cum oſtenſae eſſent* OECOLAMPADII *epiſtolae, dixit ſe mirari, quo ſpiritu abductus fuerit à priore ſenſu.*

(o) Non infra, vbi de *Ptolomaeo* agemus SERVETI, omnia haec verba de Paleſtina exhibebimus.

(p) In *Breui expoſitione errorum* MICHAELIS SERVETI *Opuſc. Theologicorum p.* 702. & 703. Ex eo idem narret CON. SCHLVSSELBVRGIVS *Catalogi Haereticorum Tom. XI. p.* 189. 190.

(q) In his enim refertur, quod CALVINVS diſſimulat, SERVETVM aperte profeſſum eſſe, ſeſe quum ſcripſerit, male Iudaeae fertilitatem adſcribi, non MOSEN ſed recentiores, qui de ea commentati ſunt, auctores intellexiſſe. En ipſa *Actorum* verba, quae Cl. LA ROCHE l. c. p. 120. ita exhibet: *Sur le tiers* (*Article*) *ils ont produit le Lieu de* Ptolomée, *lequel* ledit SERVET *dit n' avoir fait, & non obſtant, qu' il n' y a point de mal, & qu' il n' entend point du temps de* MOYSE, *mais du temps de ceulx, qui ont écrit de notre ſiécle. Et lesdits diſent que d' autant, qu' il a comprins géneralement tous Ecriuains dudit Païs, qu' il a calomnié contre* MOYSE. Atque fateor, hanc reſponſionem valde probabilem eſſe, eo quod paulo ante SERVETVS MOSEN *eximium* vocauerat *Theologum*, quod non feciſſet, ſi diuino huic viro iniuriam inferre voluiſſet.

(r) Vid. Cl. LA ROCHE *Memoirs*

morabile eſt, hoc die CALVINVM iam in hoc iudicio affuiſſe, & cum SERVETO diſputaſſe. Patet id ex narratione ipſius CALVINI. Verum *Acta Iudicii* eum die XXI. Auguſti in iudicio primum comparuiſſe, referunt: ex quo apparet, minus recte digeſta adhuc eſſe omnia, quae ad huius viri hiſtoriam pertinent. Scilicet, quum SERVETVS cum accuſatore ſuo aut diſputare nollet, aut hic cum SERVETO diſputare non poſſet, CALVINVS ipſe, arenam ſibi eſſe tentandam ratus eſt, id quod ipſe non diffitetur. (s)

§. XXXI.

Eodem quoque die oculos ei poſitae ſunt notae, quibus *Biblia S.* & quidem *Caput.* VII, IIX. & praſertim LIII. *Eſaia-*

---

irs of Litterature Volum mens Decembr. p. 373. *p.* & *Bibl. Angl.* l. c. p. 121. ſeq. vbi SERVETVM excuſat, atque eum, quum nec Atheus nec Deiſta fuerit, minime MOSEN potuiſſe carpere, animaduertit. Nos non vehementer quidem refragamur huic excuſationi: at quae praeterea Cl. LA ROCHE habet, emendationis indigent. *Je crois*, ait, *que*, *par les mots de* vanus Praeco Iudaeae, *il a voulu deſigner vn voyageur moderne*, *qui auoit publié une Relation de la* Terre Sainte, *& qui en aupt parlé comme d' un Pais extrêmement fertile.* Exiſtimat hic vir doctus, SERVETVM de *vano quodam Iudaeae praecone*, in PTOLOMAEO loquutum eſſe, eoque nouum quendam auctorem deſignaſſe. Sed *vani praeconis*, nulla extat apud SERVETVM memoria. CALVINI quaeſtio: *Quiſnam vanus ille praeco fuiſſet praeter* MOSEN*?* conſectarium tantum eſt, quod CALVINVS ex his SERVETI verbis elicuit. *Scias tamen*, *iniuria aut iactantia pura*, *tantam huic terrae bonitatem fuiſſe adſcriptam.* Qui enim *pura* inducti *iactantia* aliquid referunt, hi *vani* ſunt *praecones.* Non viderat Cl. LA ROCHE *Ptolomaeum* SERVETI, quapropter in hunc errorem incidit.

(s) In Epiſtola ad FARELLVM ſcribens: NICOLAVS *meus*, *quadraginta accuſationis capita poſtridie in medium ſcripta attulit. Tergiverſatus eſt initio. Itaque vocati ſumus. Proterue mihi conuitiatus eſt*, *non ſecus acſi haberet ſibi obnoxium. Ego*, *vt dignus erat*, *eum excepi.* Vid. *Epp. & Reſp.* CALVINI p. 289. Ep. CLII.

Eſaiànam illuſtrauerat. Peruerſe enim in omnibus his oraculis ſenſum quaeſiuerat litteralem; credebat Prophetam ESAIAM de CYRO loquutum fuiſſe, quem pro Iudaeorum peccatis mortuum eſſe, dicebat: myſtice vero CHRISTVM intelligi debere, ad quem Propheta praecipue reſpexiſſet. Hanc expoſitionem CALVINVS impiam atque malignam vocabat. (t) De *Bibliis* ipſis eorumque Seruetica explicatione infra vberius agam. Accuſabatur quoque SERVETVS ex ipſo ſuo, quem haud ita pridem ediderat Libro, *Reſtitutione* ſcilicet *Chriſtianismi*, quod SS. Trinitatem *Somnium* AVGVSTINI vocaſſet, (u) multisque aliis iniurioſis ac impiis

(t) Narrat hanc rem CALVINVS in *Expoſitione errorum* SERVETI p. 703. & ſimul vehementer inuehitur in hanc interpretationem, quam ex ſumma & diabolica impietate, ſtudi[illegible]ue totam Chriſtianam Reli[illegible]onem euertendi natam eſſe non dubitat. HVGO GROTIVS idem fere quod SERVETVS cenſuit *Commentar. in Vet. Teſt. Tom. II. p.* 112. edit. Paris. 1644. fol. Mirum vero tam grauiter & acerbe tuliſſe hanc explicationem CALVINVM, qui multa veterum vatum de CHRISTO oracula de rebus V. T. ipſemet accepit, & imprimis Pſalmum II. DAVIDI adaptauit; vid. AEGIDII HVNNII *Caluinus Iudaizans* p. 19. 20. edit. Witteb. 1593. 8.

(u) Sine dubio reſpicitur ad haec verba, quae *Reſtit. Chriſtianismi Lib. I. fol. II.* b. leguntur: nec enim alium eius generis reperire mihi licuit: *Ex eisdem*, ait, *Hebraicis litteris conſtant* מלאבי *&* מיבאל: *eo magis, quia Angelus ille peculiariter dictus eſt princeps Iudaeorum:* AVGVSTINI *ratio parum concludit* Lib. II. de Trin. *eo quod coram duobus Angelis ſe incuruauit* LOTH. *Honoris enim cauſa id factum eſt ab hoſpitali viro, etiamſi neſciret eſſe Angelos Hebr.* 13. *Quod dominos vocarit* LOTH: *nihil ad* AVGVSTINI *ſomnia, quia non ponitur ibi nomen tetragammaton: ſed commune nomen, quo homines vocamus Dominos. Angelis & id, & aliud nomen tribui poterat, eo magis quia ipſe dominus adfuit, cum incendenda fuit Sodoma. Decipit* AVGVSTINVS *inquiens: an duo illi hoſpites* LOTH *fuerunt pater & filius, aut pater & ſpiritus ſanctus, aut filius & ſpiritus ſanctus? Ridiculae naeniae.*

impiis loquutionibus, vſus fuiſſet, & omnes iſtos, qui Trinitatem crederent, *Trithetas* imo *Atheos* dixiſſet. Hoc autem ſe feciſſe SERVETVS infitias iuit, atque reſpondit, ſe non *Tritheitas* vocare, qui Trinitatem credunt, alioquin ſemetipſum *Tritheitam* fore, quia ipſe eam crederet: ſed eos modo, qui in eſſentia ipſa diuina diſtinctionem quamdam realem conſtituerent, hoc enim eſſentiae diuinae vnitatem tolleret. Se addebat, hac in doctrina & Apoſtolos ipſos & Eccleſiae noſtrae Patres, IGNATIVM POLYCARPVM, aliosque vnice ſequi. Dixit quoque SERVETVS coram iudicibus, ſe per Perſonam & Hypoſtaſin, ſubſiſtentiam quamdam viſibilem aut apparentem intelligere. Poſtremo accuſatores alia loca ex libris eius, ſigillatim ex *Reſtitutione Chriſtianismi*, vna cum *Litteris* ad ABELEM PEPINVM (x) ſcriptis, imo CALVINI *inſtitutionum* exemplum quoddam, notis propria SERVETI manu adiectis, ornatum produxerunt, vt haereſium eum & errorum conuincerent. Declarauit tum etiam SERVETVS, typographum multa *Reſtitutionis Chriſtianismi* exempla Francofurtum miſiſſe. Quare factum eſt, vt CALVINVS paullo poſt litteras ad Miniſterium Francofurtenſe daret, in eisque oraret, vt omnia huius Libri exempla, quotquot illorum eo veniſſent, extingui, quam diligentiſſime curaret. (y)

§. XXXII.

In ius iterum vocatus eſt SERVETVS die XXI. Auguſti,

Eo

(x) Litteras has vide ſupra §. XIX.

(y) Extant hae litterae in *Epp.* & *Reſp.* CALVINI num. CLIII p. 290. in quibus ita ſcribit: *Veſtrum autem eſt dare operam, ne hoc tam peſtiferum venenum longius emanet. Nuncius vobis referet, in qua apotheca ſint libri, & quo numero. Librarius ni fallor, exuri patietur. Quod ſi quid obſtaculi eſſet, vos tam fore cordatos confido, vt mundus tam noxia corruptela purgetur.*

Eo die aduerſarii eius, litteras BALTHASARE ARNOLLETO die XIV. Iulii huius anni conſcriptas produxerunt, quibus ARNOLLETVS, qui Librum SERVETI formis deſcripſerat, eamque ob cauſam vna cum SERVETO Viennae olim captus fuerat, IACOBO BERTETO narrabat, *Chaſtillonii* commoranti: ſe a correctore Libri SERVETI GVEROVLTO deceptum eſſe, vt Librum eius formis deſcribi curaret. Iisdem litteris ARNOVLLETVS rogabat BERTETVM, vt omnia huius Libri exempla deleret, &, ſi fieri poſſet, funditus ex orbe proſcriberet. Poſtea CALVINVS a nonnullis verbi diuini miniſtris comitatus in iudicium intrauit, & cum SERVETO diſputationem iniit, de *Patrum in dogmate de Trinitate ſenſu*, quem vehementer diſtare a SERVETO, CALVINVS contendebat, & de *ſenſu vocum perſonae &* ὑποστάσεως. In hac diſputatione, quum SERVETVS ad Patres non paucos prouocaſſet, qui ſtatim non aderant, iuſſere iudices ſumtu SERVETI eos coëmi, qui vel Geneuae, vel Lugduni reperiri poſſent; quoſdam CALVINVS attulerat, ex quibus TERTVLLIANVM IRENAEVM, IGNATII *epiſtolas* aliumque adhuc librum SERVETVS in carcere ſecum retinuit. Tandem SERVETO chartam atque atramentum iuſſu Senatus in carcere ſuppeditarunt, quo litteras ſupplices, prout vellet, conficere poſſet. (z)

§. XXXIII.

Chartam nactus & atramentum SERVETVS ſupplicem ad iudices libellum die XXII. Auguſti conſcripſit, quo partim oſtendit, iure diuino atque humano nefas eſſe, propter dogmata fidei capitis aliquem accuſare: partim ideo ſeſe iniuſte detineri conqueritur, quod dogmata ſua nusquam diſſeminaſſet: poſtremo aduocatum efflagitat, qui cauſam ſuam agat. Operae pretium eſt, ipſas audire litteras:

A

(z) Narramus haec, adiectis nonnullis ex noſtra penu obſeruationibus, ex Cl. LA ROCHE quem loc. cit. p. 133. 134. vide.

A mes tres honorés Seigneurs, Meſſeignéurs les Syndics & Conſeil de Geneve.

SUpplié humblement MICHAEL SERVETVS *accuſé, mettant en faict, que c' eſt une novelle invention, ignorée des Apoſtres & Diſciples & de l' Egliſe anciene, de faire partie criminelle pour la doctrine de l' Eſcriture, ou pour queſtions procedentes d' icelle. Sela ſe monſtre premierement aux Actes des Apoſtres, chapitre 18. & 19. ou tiels accuſateurs ſont deboutés, & renvoyés aux Egliſes, quant ni aultre crime que queſtions de la Religion. Pareillement du temps de l' Empereur* CONSTANTIN *le grand, ou il y avoyt grandes hereſies des Arriens, & accuſations criminelles, tant du coſté de* ATHANASIVS, *que du coſté de* ARRIVS, *le dict Empereur par ſon Conſeil & Conſeil de toutes les Egliſes, arreſta que ſuyvant la anciene doctrine, teles accuſations nariont poynt de lieu, voire quand on ſeroyt un heretique, comme eſtoyt* ARRIVS. *Mais que toutes leurs queſtions ſeriont decidées par les Egliſes, & que eſtila que ſeroyt convencu, ou condamné par iceles, ſi ne ſe voloyt reduire par repentance, ſeroyt banni. La quiele punition a eſté de tout temps obſervée en lanciene egliſe contra les heretiques, comme ſe preuve par mille autres hiſtoires, & authorités des Docteurs. Pour quoy, Meſſeigneurs, ſuyvant la doctrine des apoſtres & Diſciples, que ne permirent oncques tieles accuſations, & ſuyvant la doctrine de lauciene Egliſe en la quiele tieles accuſations ne eſtiont poynt admiſes, requiert le dict Suppliant eſtre mis dehors de la accuſation criminelle.*

Secondament, Meſſeigneurs, vous ſupplie conſider, que na poynt offanſé en voſtre terre, ni allieurs, na point eſté ſedicieux, ni perturbateur. Car les queſtions que luy tracte, ſont difficiles, & ſeulement dirigées a gens ſcavans.

 Et

Et que de tout le temps que a eſté en Allamagne, na jamais parlé de ces queſtions, que a OECOLAMPADIVS BVCER *&* CAPITO. *Auſſi en France nen ha jamais parlé a home. En oultre que les Anabaptiſtes ſedicieux contre les Magiſtrats, & que voliont faire les choſes communes, il les a tousjours reprouv & reprouve. Donc il conclut, que pour avoir ſans ſedition aucune miſes en avant certaines queſtions des anciens Docteurs de l'egliſe, que pour ſela ne doyt aulcunement eſtre deteneu en accuſation criminelle.*

Tierſament, Meſſeigneurs, pour ce qail eſt eſtranger, & ne ſcait les coſtumes de ce pays, ni comme il fault parler, & proceder en jugement, vous ſupplie humblement luy doner un procureur, lequiel parle pour luy. Ce feſant farés bien, & noſtre Seigneur proſperera voſtre republique. Faict en voſtre cité de Geneve le 22. daoſt. 1553.

MICHEL SERVETVS de Ville neufve
en ſa cauſe propre.

Interim quod ex ſequenti libello ſupplici apparebit, maxima cum miſeria in carcere conflictabatur SERVETVS, nec habebat, quo ſe contra vim aëris, nuditatem & pulices communiret. Duriter id factum eſſe atque iniuſte, nemo diffitebitur, praeſertim cum ſatis auri habuiſſet SERVETVS, quo neceſſaria ſuppeditari & coëmi poſſent. Verum tum temporis CALVINI nutu Geneuae gerebantur omnia, qui fortaſſis miſeriarum & calamitatum numero, hominem hunc ad frugem reuocari poſſe ſperabat. At poſtea, cum aliquot inter proceres amicos eſſet nactus, qui non nimis fauebant CALVINO, clementius cum eo ex parte agebatur. Ceterum libellus hicce ſupplex cum CALVINO communicatus fuit qui auctoritate IVSTINIANI primum eius momentum confutauit, (a) effecitque haud dubie, vt reliquis etiam non obtemperarent iudices. §.XXXIV.

(a) Hoc ex ſequenti libello produximus, colligendum. ſupplici, quem infra §. XXXVII.

§. XXXIV.

Sequenti die XXII. Auguſti, quum Senatus iterum conueniſſet, Procurator Generalis triginta nouos in medium protulit articulos, atque a Senatu deſiderauit, vt de quolibet SERVETVS interrogaretur. Plurimi horum ad SERVETI perſonam, eiusque mores ſpectabant: de quibus, quum iam antea dixerimus, vt ea repetamus, non erit neceſſarium. Igitur hoc tantum memoramus, dixiſſe eum, ſe vltimum librum, ex conſcientiae ſuae inſtinctu imprimi curaſſe, nullumque alium, quam ſeſe ipſum correxiſſe eum. (b) Poſtremo, ſi in doctrina de baptismo infantum lapſus eſſet, faſſus eſt, ſe paratum eſſe ad huncce errorem abominandum, modo gratiam iudicum atque miſericordiam obtineret. Decima tertia inter has erat quaeſtio, *num matrimonii foedere iunctus eſſet:* ad quam autem SERVETVS reſpondit: nunquam ſibi uxorem ducendi animum fuiſſe, eo, quod impotentem ſeſe ac hernioſum eſſe, ſciuiſſet. Conſtituerant iudices, ſi reſpondiſſet, ſeſe uxorem non duxiſſe, hominem quaerere: quomodo tam diu ſibi temperare potuiſſet: verum reſponſio SERVETI hanc quaeſtionem oppreſſit ac ſuſtulit. Interim ex ea apparet, CALVINVM perſuaſiſſe iudicibus, SERVETVM cum multis aliis criminibus, tum ſcortatione ac adulterio ſeſe olim contaminaſſe. Omnino enim CALVINVS certum eſſe voluit, diſſolutam fuiſſe SERVETI vitam, quod ex ipſis eius verbis infra probamus. (c)

(b) Haec non conuenire videntur cum iis, quae BALTH. ARNOLLETVS ad IACOBVM PERTETVM ſcripſerat, vid. ſupra §. XXXI.

(c) Ita enim in *Expoſit. error.* MICH. SERVETI p. 702. ſcribit: *Vita autem* SERVETI *magis fuit diſſoluta, quam vt ſuſpicari liceat, errore ad turbandam Eccleſiam fuiſſe impulſum.* Et p. 703. *In ipſa porro cauſae actione, non coniecturis tantum notata, ſed manifeſtis ſignis depreſa fuit eius impietas.*

§. XXXV.

Triginta & octo erant articuli, qui die XXIIX Auguſti a Iudice vicario de nouo proponebantur, petente, vt SERVETVS aut negaret eos, aut affirmaret. Ante autem, quam hoc fieret, Procurator Generalis orationem praemiſit, qua Iudicibus demonſtrare ſtuduit, SERVETVM hactenus in reſponſionibus ſuis fallacem atque ambiguum fuiſſe, mendaciisque plenum, oracula diuina irridere, potius atque illudere, paucis: ſummae impietatis reum eſſe. Idem ſupplicem eius libellum antea productum confutauit, indignumque cenſuit eſſe, cui aduocatus daretur, dignum potius, qui capitis condemnaretur, quod cum Anabaptiſtis ſentiret. Articuli ipſi de quibus, hocce die interrogabatur SERVETVS, ad Libros eius, perſonam, mores, rationemque viuendi pertinebant magis, quam ad eius dogmata, quorum cauſa alioquin in carcerem coniectus erat. SERVETVS inter alia, iam antea a nobis memorata, reſpondit: ſeſe cum nemine alio, niſi cum CALVINO atque PEPINO de ſententiis ſuis per literas egiſſe, vnicamque modo epiſtolam ad PETRVM VIRETVM dediſſe; ſeſe quidem in memoriam ſibi certo reuocare non poſſe, quo anno impotens hernioſusque factus eſſet, forſam autem iam anno aetatis quinto, id ſibi contigiſſe: numquam ſeſe ob miſerum corporis habitum, uxorem ducere vel potuiſſe vel voluiſſe, neque dixiſſe ſeſe, quantum ſciret, acſi foeminae vbicunque locorum ſat multæ degerent, quarum vſu, ac conuerſatione quilibet extra matrimonium frui poſſet: quod ſi vero ita eſſet, id (d) modo dixiſſe propterea, ne reliqui, ſeſe impotentem eſſe, ſentirent. Poſtremo coram iudicibus aperte faſſus eſt SERVETVS, ſeſe in doctrina ſua ac fide perſtiturum eſſe, niſi falſitas eius ſibi oſtenderetur.

§. XXXVI.

(d) Id ipſi Iudices obiiciebant, cf. LA ROCHE *Memoirs of Litterature* Vol. I. 1711. Auguſto, num. LXXIV. p. 294.

§. XXXVI.

Interim Geneuenſis Senatus Viennenſem magiſtratum certiorem fecerat de SERVETO comprehenſo & in carcerem coniecto. His litteris Viennenſes vltimo menſis huius die reſponderunt, nec modo Geneuenſibus gratias egerunt, quod certiores eos hac de re feciſſent, ſed etiam expetierunt, vt captum SERVETVM Viennam remitterent, quo poenam, quam hactenus effugerat, ſuſtinere ibi poſſet. Scriptae erant iſtae litterae a Iudice vicario. Regisque in hac vrbe procuratore die XXVI. Auguſti, & a centurione quodam regii Palatii, quod Viennae eſt, eo allatae. Igitur SERVETVS hoc centurione praeſente iu iudicium vocatus & interrogatus eſt: num hic centurio notus ipſi eſſet, qui, ſibi notum eſſe eum, ſeque per biduum ſub eius cuſtodia fuiſſe profeſſus eſt. Data hacce reſponſione, iterum quaerebatur, num ſatius ſibi duceret eſſe, ſi ſub Geneuenſium poteſtate atque iudicio conſtitutus litem ſuam conficeret, quam, ſi Viennam rediret, ibique ab illius ciuitatis Senatu de cauſa ſua decerneretur: Veniſſe enim, addiderunt Iudices, Vienna idcirco carceris cuſtodem, vt eum magiſtratus Viennenſis iuſſu illuc accerſeret. SERVETVS autem, quum hoc audiret, ad pedes Iudicum ſeſe proiecit, oculisque madentibus eosdem implorauit, ne permitterent, vt a Viennenſibus res ſua diiudicaretur, ſed ipſi potius, quocunque modo vellent, cauſam ſuam diſceptarent. Patet hinc, non exiſtimaſſe SERVETVM, Geneuenſes magnum in ſe & crudele ſupplicium, ſaltim mitius ac Viennenſes conſtituturos eſſe. Verum exitus vehementer fefelit hominem. Hac occaſione nonnulla quoque alia retulit SERVETVS de carcere ſuo Viennenſi, quae iam antea attigimus: id tamen praeterire non poſſumus, quod narrauit, ſeſe Miſſam Viennae frequentaſſe, at grauiter id circo peccaſſe. Sed tamen ſe metu mortis id modo feciſſe, in quo tunc quoti-

die

die verſatus eſſet. Finito autem hoc iudicio, carceris cuſtos, qui Vienna eò venerat, obtento eo, quod a SERVETO deſiderauerat, teſtimonio, quod ſcilicet, ſe inſcio atque inuito ex carcere & Vienna euaſiſſet, Geneua iterum abiit.

§. XXXVII.

Primo Septembris die accerſitus fuit SERVETVS, vt diceret, quot & quosnam in Gallia haberet debitores. Scripſerat enim Gallus quidam DE MAVGERON dictus ad Senatum Geneuenſem litteras, in iisque ſignificauerat, Regem filio ſuo omnia SERVETI bona dono dediſſe, quae ad fiſcum regium lege alioquin pertinebant. Verum noluit SERVETVS nomina eorum indicare. Quod facinus, num ita generoſum & laudabile ſit, vt vir quidam doctus (e) putat, aliis diiudicandum relinquo. Interea CALVINVS, qui ſaepius aderat, hoc die quoque non deerat, quem iudices iubebant, ex SERVETI libro propoſitiones illas excerpere, quas impietate plenas iudicaret: SERVETVM autem eodem tempore latinis verbis reſpondere illis iubebant. Sine dubio intelligebant iudices, vagum nimis & moleſtum eſſe accuſandi modum qui verbis & ore tantum fieret. Paruit CALVINVS ac triginta octo propoſitionns excerpſit, quae die XV. Septembris, quo in ius iterum vocatus eſt SERVETVS, ipſi traditae ſunt. (f) Hoc ipſo die quoque Senatui offerebat litteras ſupplices SERVETVS, quibus iudices implorat, vt rem ſuam, aut non ita differrent, aut ſe ex carcere dimitterent:

(e) Is eſt Cl. LA ROCHE qui l. c. p. 145. ſcribit: SERVET *refuſa par generoſité de nommer les Creanciers qu'il auoit en France.* Et in nota ſubiecta addit: *C' eſt vne action fort louable.*

(f) Hae propoſitiones in *Opuſculis* CALVINI *Theol.* p. 704. repeLriuntur, & quidem ſub hoc titulo: *Sententiae vel propoſitiones excerptae ex Libris* MICHAELIS SERVETI, *quas Miniſtri Eccleſiae Geneuenſis partim impias, & in Deum blaſphemas, partim profanis erroribus & deliriis refertas eſſe aſſerunt, omnes vero a verbo DEI & orthodoxae Eccleſiae conſenſu prorſus alienas.*

mitterent: Invehitur ſimul in CALVINVM, carceriſque ſui miſerias & aerumnas acerbe deplorat. Poſtremo aduocatum ſibi denuo expetit, rogatque vt cauſa ſua ad conſilium ducentorum virorum referatur, Ipſae litterae ſunt ſequentes:

Mes tres honorés SEIGNEURS.

JE vous ſupplie tres humblement, que vous plaiſe abreger ces grandes dilations, ou me mettre hors de la criminalité. Vous voyes que CALVIN *eſt au bout de ſon roulle, ne ſachant ce que doyt dire, & pour ſon plaiſir me veult icy faire pourrir en la priſon. Les poulx me mangent tout vif, mes chauſes ſont deſcirées, & nay de quoy changer, ni purpoint, ni chamiſe, que une mechante. Je vous avois preſentè une aultre requeſte, la quiele eſtoyt ſelon Dieu. Et pour la empecher,* CALVIN *vous a allegué* IVSTINIAN. *Certes il eſt malheurnux, d' alleguer contre moy ce que luy meſme ne croyt pas. Luy meſme ne tient point, ni croyt point, ce que* IVSTINIAN *a dict* de Sacroſanctis Eccleſiis, & de epiſcopis, & clericis, *& daultres choſes de la Religion; & ſcait bien que legliſe eſtoit desja depravée. Ceſt grand honte a luy, encores plus grande, qu' il a cinq Semeines, que me tient icy ſi fort enfermé & na jamais allegué contra moi un ſeul paſſage.*

Meſſeigneurs; je vous avoys auſſi demandé un procureur, ou advocat, comme aviés permis a ma partie la quiele nen avoyt ſi afaire que moy, que ſuys eſtrangier, ignorant les coſtumes de ce payſ. Toute fois vous lavés permis a luy, non pas a moy & laves mis hors de priſon, davant de cognoiſtre. Je vous requier que ma cauſe ſoyt miſe au conſeil de deux cents, aveque mes requeſtes: & ſi jen puys appeller la: jen appelle, proteſtant de tous deſpans, dammages & interés, & de poena talionis, *tant contra le pre-*

mier

mier accuſateur, *que contra* CALVIN *ſon maiſtre*, *que a prins la cauſe a Soy. Faict en vos priſons de* Geneue *le* 15. *de* Septembre 1553.

MICHEL SERVETVS
en ſa cauſe propre.

§. XXXIIX.

Litterae hae, quas paulo accuratius conſideremus, non indignae ſunt. Namque patet inde, SERVETVM clam amicos Geneuae habuiſſe, CALVINO inimicos, qui eum ſecreto erudiuerint, quidnam rerum gereretur, & qua ratione imminenti periculo occurrendum eſſet. Nouit nimirum (I.) quidnam CALVINVS exceperit ad libellum eius antea Senatui oblatum: quod non aliunde ſcire potuit, quam per membrum aliquod Senatus. Requirit (II.) vt ad conſilium ducenariorum cauſa ſua deferatur. Ignarus vero erat rituum, ſtatus, morumque Geneuenſium SERVETVS. Quare fuerit aliquis neceſſe eſt, qui hoc ipſi ſuppeditauerit, & ſimul ſpem fecerit, fore, vt ſi res ad iſtud perueniret conſilium, ſaluus & incolumis abiret.

§. XXXIX.

Hac de re, quo tanto minus dubitari queat, CALVINVM animaduerti velim, non paucos habuiſſe, qui male ipſi vellent, Geneuae hoſtes. (g) Inprimis ex ipſis CALVINI

(g) Teſtatur id IACOBVS SPONIVS in *Hiſtoire de Geneue* Lib. III. ad annum MDLIII. ita ſcribens: *Il eut au commencement quelque appuy de certains Magiſtrats*, *qui haïſſoient* CALVIN, *de ſorte qu' outre qv' il etoit tres malicieux*, *il s' obſtina tellement à maintenir ſes blaſphemes.* Idem fere quoque GREGORIVS LETI in *hiſtoria Geneuenſi* Italico idiomate ſcripta Lib. II. Part. III. p. 94. ait: *Quei ch' erano odioſi al rigore*, *& alla dottrina di* CALVINO, *l' andarono protegendo nel principio*, *per far diſpetto à queſto*, *onde in una diſputa gli dieda piis di cinquanta*

VINI *epiſtolis* aliisque locis apparet, AMADAEVM GORRIVM, quem CALVINVS ſub CAESARIS COMICI nomine traducit, admodum ei fuiſſe infenſum. (h) Hic AMADAEVS GORRIVS, BEZA teſte, (i) Generalis populi Capitaneus primum electus erat, variasque moleſtias ac turbas CALVINO ſcelera eius perſtringenti Geneuae cieuerat. Accuſauerat eum, ac ſi per ſeptem fere annos falſam quandam doctrinam profeſſus eſſet. Quum vero audacia eius extremum apicem fere attigiſſet, anno MDXLVI. ſenatu motus, Capitaneique nomine priuatus, ſibi vixit: imo hanc ob accuſationem in carcerem, teſte IAC. SPONIO, (k) coniectus, facemque ardentem ipſo meridie per ciuitatem circumgeſtare, poenae cauſa iuſſus eſt. Mox autem anno MDXLIIX. in

cinquanta mentite manifeſte. Reliqua autem, quae de SERVETO habet LETI nihil merentur fidei. Sic nempe (1) rem proponit, acſi SERVETVS diu Geneuae docuiſſet, donec caperetur, (2) narrat, Heluetas ciuitates efflagitaſſe mortem SERVETI (3) aſſerit, SERVETVM die XXIII. Octobris exuſtum fuiſſe. Quae autem omnia manifeſto falſa ſunt. LETI ita pergit: *Mà come il fatto venuua troppo innanzi, e ſeminava vn gran Scandalo nella Citta: il Conſiglio poſtola in prigione ordinò il ſuo proceſſo, & arriuate in queſto mentre Lettere de' Suizzeri, che manifeſtavano lo ſcandalo che tutti quei Magiſtrati pigliavano di veder che tanto ſi tardana di dar la morte ad uno che gia erano più di 30. anni che andava nella Chriſtianità ſeminando empietà, fu condannato ad eſſer vivo bruciato; e la ſentenza venne eſeguita li 13. del Meſe d' Ottobré, eſſendo morto inopinato.* Haec accuratiſſime deſcripſi quidem, LETI autem is non eſt, cuius ſpectata ſit fides.

(h) In *Epp. & Reſp.* CALVINI Ep. CLXI. ad FARELLVM data p. 304. haec leguntur verba: CAESAR COMICVS, *ſimulato per triduum morbo, in Curiam tandem aſcendit, vt Sceleratum iſtum poena eximeret. Neque enim erubuit petere, vt cognitio ad Ducentos veniret: ſine controuerſia tamen damnatus eſt.*

(i) In *Vita* CALVINI p. 15. 16.

(k) l. c. Lib. III. ad annum MDXLIIX. p. 254.

in priſtinum reſtitutus locum, nouas turbas dedit, vsque dum Syndicatum, ſummum vrbis locum adeptus eſſet. Idem deinceps factioſorum Geneuenſium ſiue hoſtium CALVINI caput manſit, atque in CALVINI odium, cauſam SERVETI clam egit. Hoc exinde apparet, quod, quum Senatorum animos in mortem SERVETI inclinatos eſſe, animaduerteret, in iudicio adeſſe noluerit. Fecerunt id quamplurimi alii ciuitatis huius Senatores, verbique diuini miniſtri, quorum alii ad exilium, alii ad perpetuos carceres, nequaquam autem ad ignis poenam SERVETVM condemnarunt. Ex Praetoris aſſeſſoribus quemdam obfirmaſſe animum SERVETI ipſe narrat BEZA. (l) Inter alios praeprimis Profeſſor quidam Theologiae Geneuenſis, nomine CELLARIVS eſt, qui ſine dubio BORRHAVS CELLARIVS eſt, numquam in SERVETI neque in vllius haeretici mortem conſentire voluit. Patent haec omnia prolixius, ex *Hiſtoria MSta* SERVETI (m) quam ſupra §. XXVII. citaui; nec non ex

(l) l. c. p. 21. *Cui etiam* inquit, *factioſorum vnus, tum Praetoris aſſeſſor, in aurem inſuſurraſſe quiddam credebatur, quo malum perdito homini animum obfirmaret.*

(m) Cuius verba ſunt: *Itaque ſtatim conuocatus eſt Magiſtratus Geneuenſis* (reuerſo ſcilicet nuncio, quem ad Eccleſias Heluetas miſiſſet) *ſuper* SERVETI *negotio.* AMADAEVS GORRIVS *militiae Dux & idem tum primus Conſul vrbis, quum videret animos Senatorum inclinatos in necem hominis, noluit adeſſe in iudicio, negauitque ſe participem eius ſanguinis. Idem fecerunt quidam alii: reliqui alii aliter damnarunt, non nulli ad exilium; alii ad perpetuos carceres, pars maior cum* CALVINO *ad ignem, niſi reuocare vellet:* CELLARIVM *etiam eius vrbis ſummum Profeſſorem Theologiae affirmant, nunquam in* SERVETI, *nec in vllius Haeretici mortem conſenſiſſe. Idemque putant de quibusdam eius vrbis miniſtris inferioribus, qui ad dicendam de* SERVETO *ſententiam propterea non fuerunt vocati. Ita ductus eſt ad Tribunal, & ibi damnatus vt combureretur, & in cineres redigeretur.*

ex iis quae VYTENBOGARDVS habet, (n) quem GODOFR. ARNOLDVS (o) exſcripſit. Nec omittenda ſunt, quae Cl. LA ROCHE (p) manu neſcio cuius adſcripta legit, in exemplo ſuo *Vitae* CALVINI a THEOD. BEZA conſcriptae.

§. XL.

Dum haec gererentur Geneuae, fama paſſim de carcere SERVETI percrebuit, ac vt plerumque fit, quibusdam gaudium, aliis miſericordiam commouit. Inprimis DAV. GEORGIVS, notiſſimus ille Fanaticus, cuius tam celebris in

(n) l. c. p. 74. b. ita memorat: *Terſtont wierde de magiſtraet vegadert op* SERVETI *ſaeck.* AMEDE GORRIN, *Colonel van de Burgery, de dier tydt eerſte Burgermeeſter, als hy ſach det den Raed genegen was om den Man te doen ſteruen, en wilde in de Vierſchaer niet tiegenwordich zyn, ende ſeyde ſich niet te willen ſchuldich maken aen t' bloet van dien Man.* Et p. 75. b. *T' ſelue deden oock ſommige andere. Alle d' andere condemneerden hem, ſommige tot banniſſement, ſommige tot eeüwige gevanckenis, de meeſte ſtemmen ten vuyr, ten ware hy wederriepe. Men ſeydt, dat een voornemendt Profeſſor iu de Theologie in die Stadt, noyt in* SERVETI, *of in eenich Ketters doodt en heeft willen conſenteeren. T' ſelue meynt men oock van ſommige der Stadts Predicanten, doch van de geringſte, die daerom niet en zyn geroepen, om haer gevoelen van* SERVETO *te ſeggen. So is hy geleyt ter Vierſchaer, ende der veroordeelt tor aſſchen verbrandt te worden.*

(o) Qui in *Haereſiologia* P. IV. Sect. II. Num. LIII. p. 443. 444. nil aliud egit, quam haec mox citata VYTENBOGARDI verba, ſine Auctoris mentione, germanice vertit,

(p) Verba haec Cl. LA ROCHE *Bibl. Angl.* Tom. II. p. 161. 162. inſeruit, & ita ſeſe habent: *Accepi a certo homine non defuiſſe tum ex praecipius iuris dicundi Praefectis, qui vt malum animum in* CALVINVM *per Hiſpanum reum exererent, auctores eſſent reo, vt atrocia quaeque in* CALVINVM *proferret, quod hoc ipſum apud certos gratioſiorem redditurum eſſet, illum autem abreptum a malo ſpiritu blaſphemias profudiſſe in Domini noſtri veritatem atrociores: vnde ſibi ipſe tanto certious periculum corto DEI iuoicitio conſlauerit.* Qui haec adiecit verba, miniſtrum quendam verbi diuini Geneuae, nomine PERROT, fuiſſe, Cl. LA ROHCE c. l. coniicit, an vero res ita ſeſe habeat, mihi non liquet.

Hiſtoria Eccleſiaſt. ſeculi huius fama eſt, tum litteras quaſdam (q) pro SERVETO ad Senatum Geneuenſem & Heluetas ciuitates dedit, in iisque SERVETVM *bonum* & *pium virum* nominauit, qui non niſi ex odio atque inuidia quorundam ſuorum inimicorum traditus eſſet. Litterae hae die I. Iulii menſis MDLIII. conſcriptae eſſent, ſi ſubſcriptioni fides haberi poſſet: at certum eſt, eam eſſe falſam, quoniam SERVETVS demum Auguſto menſe Geneuam venit. Quidquid id eſt, id ex ipſa conſtat epiſtola, eam exaratam eſſe, tum, quum adhuc in carcere conſtitutus eſſet SERVETVS. GEORGII autem nomen, quum in hiſtoria illuſtre admodum ſit, ipſae vero litterae eius pauciſſimis viſae, credo me rem multis gratiſſimam facturum, ſi ipſam epiſtolam huc transferam, quae ita ſeſe habet:

Den

(q) Hae DAVIDIS GEORGII Litterae, ſine Auctoris, loci & anni mentione prodierunt ſub hoc titulo: **Chriſtlijcke Sendtbrieuen, Inholdende ſeer veele vnde verſcheydene ſchoone Godtlijcke Vermaninghen vnde Onderrichtinghen op alderley vragen vnde anvechtinghen, ſo tot deſer tijt den Menſche moghen bejegenen: Allen Bekommerde ware Godtmeenende Herten tot trooſt vnde hulpe ſeer nut vnde dienſtlijck in vier deelen vervat.** Tribus Tomis in 4. Huic titulo dictum I. Theſſ. II. 1. 2. 3. 4. ſubiunctum reperitur. Prima in hoc volumine epiſtola die XVI. Ian. MDXLVI. ſcripta eſt, noſtra autem, quam citauimus, Tom. I. Part. IV. Fol. 14. b. num. IX. inuenienda eſt. Litterarum forma docet in Belgio hanc editionem, clam ſine dubio, deſcriptam eſſe. Quod GODOFR. ARNOLDVS memorat, epiſtolas DAV. GEORGII MDXLIX. typis expreſſas eſſe, id a veritate abeſt, niſi id forte de nonnullis eius intelligi debeat epiſtolis. vid. *Haereſiologia* eius Part. II. Lib. XVI. Cap. XXI. p. 289. b. Ceterum patet ex nonnullis ipſius CALVINI locis in *Expoſitione errorum* SERVETI, ei hanc epiſtolam minime ignotam fuiſſe.

Den Edelen / Geſtrenghen / Erenfeſten / Vromen / Voorſichtighen / vnde Wyſen Heeren der Euangeliſcher Steden in Zwytſerlant.

Saluyt.

Edele, Geſtrenge, Erenveſte, grootgunſtige lieue Heeren: Na dat Ick (Vwer E. E. Vrundt und Broeder in den Heere Chriſto) den handel (ſo den ghoeden vromen Seneto wedervaren) gehoort heb, der deur geheen vrundelijckheit vnde liefde in V. E. E. handen vnde macht, maer wt enckelder nijt vnde haat ouergheleuert is, ghelijck aen den Jongſten Gerichte wel openbaer ſal werden den genen, dien het nu deur ſchalcke liſt in en ooch verdonckert, den grondt der Waerheyt alles onbewuſt is, Godt geue tylijck die ſake t' ervaren. Waerom nv allenthaluen het geſpreck (oock mynen ooren voorghekomen) ſo wijtloopich, vanden Geleerden Predicanten oder Zielſorgeren ſulcken raet geholden, an etlijcken Oorten gheſchreuen vnde het Vonniſſe by den ſeluen beſloten is, hem om de brengen. Welck my wel alſoo ſeer bemoeyt vnde gedeert heeft, dat Ick onſer Religion unde heyligher Kercken haluen (die verde vnde na-by ſijn, in die Liefde der Eenigheyt Chriſti vaſt ſtandig holden) geenen ruſt heb konnen ghehebben, voor Ick oock mijn ſtemme, als een Lith des Lichaems Chriſti, daer ouer laten hooren, mijn herte op't kortſte voor V. E. E. ootmoedelijch wtgeſtort oder angegeuen, vnde mijn Conſcientie ghevryet had: in dem Ick verhope, dat der Gheleerder verkeerder begheerte (die bloetgiriecheyt na) by uwe E. E. geen beſtendicheyt of voortganck nemen oder hebben ſal. Vnd of ſy V. E. E. ooren (gelijck die Schriftgeleerden vnde Phariſeen Pilatum ouer den Heeren Jeſum) te veel deur bloetgierige benydinge moeylijck maken, vnd daer toe porren oder reytſen wilden, die ſelue doch inghedene ſijn willen onſes alder Ouerſten Heeren vnde Leermeyſteren, Chriſti: dat is, niet alleen in die Schrift letterlijck op Menſchen, maer Godlijcker wyſe, gelijck hy ons gheleert vnde vorghetreden heeft, niemants te cruycigen of te dooden om ſijns Gheloofs oder Leere willen: maer ſelf daer om gecruyciget

ciget vnde gedoodet te werden: niet hy in perſoon alleen, maer alle ſyne Leden, ſo ons die Heylige Schrift vermeldt, vnde ſyne Jongeren mit woort vnde leere naghelaten hebben: Ja niet alleen dat, maer grouwelijc verboden. Moſt het dan niet wel een groote verruckinghe vnde taſtelijcke blindtheyt, dwalinghe vnde duyſterniſſe ſijn, moetwillich daer teghen te willen, Ja wt haat vnde nijdt te doen? Ick en ſach't noch hoorde't noyt, voor noch na gheſchiet, of ſy en waren eerſt ſelf vervoert, eer ſy ſulcks yemant aendeeden, Namelijck, van-den leuen ter doot te veroordeelen, daer toe eewelijck die Ziele te verdoemen, vnde ſoo haeſtich ter Hellen int verderuen te brengen. Sold' dat een Chriſtlijcke aart oder waerachtige Gheeſt ſijn? Nu noch nimmer in eewichheyt met, hoe verdeete-lijck ſulcks an alle ſyden geſchiet. Vnde wanneer die Predi-canten van ſulckerley meyninge niet en waren, ſo ſolden ſy hen ſulcx, als van die ſonde des Heyligen Geeſtes, wel wachten, yemandt om ſijn welmeynen vnde Geloof (den verſtande na) te vanghen, te ſpannen vnde om te brengen, die ſelf daer toe ſchurft in ander Luyden Rekenboeck ſtaen, vnde wt dier oor-ſaeck van haer eygen Stadt vnde Lant niet duruen gaen, be-haluen dat hen Luyden wel bevolen te doen, ſoo ſy beroepen, van Godt gheſandt-vnde geſalft ſijn, gegeuen is die zielen te beteren, vnde den menſch te-recht totter Waerheyt te brengen, dats, leuendich te maken die doot ſijn, maer niet te dooden of te argeren vnde te verderuen, ſwyghe het leuen te benemen. Dat komt dem alleen toe, der het hem ghegheuen, daer voor ge-cruyſt, geſturuen vnde gheleden heeft. Voorts komt d' Oue-richeyt (van Godt ingheſet) die lijflijcke ſtraffe toe, die lijf-lijk vnde onmenſchljck weder die liefde der Waerheyt vnde dat Gheſet Godes Chriſti ſondigen, te ſtraffen die Booſen, die Goeden te beſchermen, dat die van den moetwilligen Boo-ſen niet wechghenomen of omghebracht ſolden werden: als in-ſonderheyt des Geloofs haluen, die Tempelknechten (gelijck D. Mart: Luther hen verwijt) yewerlden am meeſten vervor-dert, Ja die heylighe oprechte goede Luyden wechgenomen oder omgebracht hebben, om dat ſy hen niet eenſins, te wille ge-weeſt ſijn. Dan, dat heeft Chriſtus onſe Heere niet gedaen noch

gheleert,

gheleert, maer mit alle die ſyne bis am leſten dulden vnde lyden willen: Dermaten te vooren gheſecht: Siet ſy ſullen v in den Ban doen vnde dooden om mijns Naems wille, als die Godt eenen dienſt daer aen te doen meynen. Ouerſt dit ſullen ſy v daerom doen, dat ſy my noch mynen Vader niet ghekent en hebben. Verſtaet nv wt deſen ſelfs van wien dit geſecht ſy, vnde wien het treft: die ſulcx doen, oder die het lyden? Hoe mochtmen den Spreuck anders duyden vnde waerlijcker bevinden, als in die begangene daat der blinder Leytsluyden? Spreeck van die gene, die ſulcks in ſin, wille vnde begheerte hebben, anderen daer toe opwecken vnde raden willen. Sy hebben den Menſch niet gemaeckt, ſo en ſullen ſy hem ooch niet ſonder ware Weth des Heeren Chriſti ombrenghen moghen. Laet ſy, ſoo ſy na Bloet dorſten, haer eygen Sonen vnde Dochteren, wanneer die hen ontvallen oder in eenige verirringe komen, ombrengen. Dan dat ſullen ſy wel laten, een gherechter goet Vader ſyne Kinderen (gelijck Godt gheleert) niet doen: maer der Duyuel, een Moorder vndt Dootſlagher, Ja een Loghenaer in Godt van beghin af, ſal het wel raden vnde doen, wijl hy luſt an vangen, wurgen vnde dooden heeft, op dat hy ontſichlijck, in eeren vnde waerden blyue. Dan ghy O Edle, Wyſe und Voorſichtige Heeren) ſult dit immer aenſien, voor oogen nemen onſe Wederſaeckers, wat hen hiermede, bouen al dat voorſecht is, in die handt onde mondt gegeuen wert, als men vry waer een Ketteriſch Menſch te dooden, vnde bedencken, hoe veele dan noch op Aerden blyuen, die ſulcks vrygemaeckt, vnd elck ouer den anderen te doen gegeuen wert, ſo doch die eene d' andre daer voer holdt: Die Juden die Chriſten, deſghelijcx die Saraſynen oder Turcken die Kerſten: die Kerſten wederom haer: Voorts die Papiſten die Lutherianen, die Lutherianen wederum haer: die Zwingelſche die Anabaptiſten, vnde deſe wederom d'andere, ſoo vort-aen die een den anderen: ſijn ſy Caluinianen oder Adiaphoriſten, alle ſijn ſy van verſcheyden meeninghen: Soldemen dan d'een voor d'ander hatich ſijn om om te brengen? Dan ſy ſyn alle weder den anderen van byſondere Secten, grond oder meeninghe, d'een ghevoelt, of bevindt ouer den anderen,
 na

na elck hem ſeluen vorbeelt, ſo dat weynich op Aerden (indien ſy behooren omgebracht) by den leuen (als ſy alle den anderen na ſolden gaen) blyuen ſolden: vnde niemand beth by den leuen behooren te blyuen, als die een ander by den leuen laten, vnde te blyuen raden. Wie Menſchen-bloet ſtort weder den Heere, des bloet ſal wederom gheſtort werden: luyt der Gheſchrift. Alſo en iſt niet moghelijck, dat yemand eenigerley Volck ſijns Geloofs oder Ketterije haluen ombrenghen ſal, of hy en ſal ſelf van een ander een Ketter moeten heeten. Sold yemand dan alſoo ſijn, alſt vanden Menſche in ſijn goetdunckenheyt gheoordeelt waer? Hoe? ſo brochten ſy daermede den anderen wel alle om, wijl ſy alle den anderen ongelijc, vnde in ſulcken ſin of wille niet te ſamen beroepen, anders gheleert ſijn. So laet ons in dien niemant eenighe argeniſſe, inſonderheyt niemant het Schweert (na die Leere ons ſoo wederom te doen) in die handt geuen, maer veel meer benemen, vnde ſo verre yemandt in eenen irrigen oder dwalenden grondt, ſin of verſtant ſtaet, daer voor bidden, vnde eenen rechten voorganck tot Liefde, vrede vnde eenicheyt verwecken, daer deur alle wederwaerdicheyt wt der hand nemen. Vñ of ſchoon nv die voorſeide Seruetus al voor een Ketter of eygenſinniger Menſch (dier ſo veele onſeglijck ter werlt, voor ons onwtroeydelijck ſijn) by Godt al verwonnen waer (dat niet ſo haeſt one den Heyligen Gheeſt des eewighen Waerheits vñ volkomenen Gerechticheyts, Chriſti loutere kenteniſſe om doen is) ſo behoortmen hem niet te doonen, eenich leedt, ſchamp oder ſchoffiericheydt aen te doen, maer datmen hem vrundtlijcker wyſe vermane, het beſte rade, vnd ten laetſten wt ter Stadt (ſoo hy ſijn eyghen-ghoet-dunckenheyde niet afſtaen, an tot oproer mit leeren in die Stadt aenholden wildu ꝛc.) ghaen liet, vnde inſulcken ſin niet tot dien eynde weder in en quame te vernachten, op dat hy alſo tot bekeringhe kommen mochte, vnd geen moleſtatie oder commotie meer en maeckte in vwe E. E. Vryheden: Daer ouer te ghaen, ſtaet niemant wel vnde recht aen. Doch ſalmen des Heeren Woort niet mogen, ſwyge behooren op te holden, die daer ſecht, dat niet ſoo heymelijcx ſy, of ten ſal an't licht kommen. Wie dat wederſtaet,

ſal

ſal ſich God te wederſtaen bevinken. Des mach nv yederman een Heylich Verſtandt ſoo het bouen hem is) wachten te oordelen, eenich boos gheſpreck daer teghen op te werpen, inſonderheyt ſoo het ons ten goede tot God drijft, vnde het rechte ware Alderheylichſte Geloof voordraecht. Maer ſoo heur Opinie vnde voorgeuen tot ſchenden, verderuen, kracht, gewalt nnd yemant onrecht, tegens die Liefde vnde Waerheydt Chriſti riede of leerde te leuen vnd te doen, als tot dooden, moorden vnd verraderijen, ſampt andere verderfelijcheyden, die weder die ghemeene ruſte oder een particulier menſche fortſelijck in eenigerley ſaken te begaen ſijn: Als, Namelijck, aen Huys vnde Hof, Landt vnde Sant, aen Wyf vnde Kinder, vnde aen alles wat hem gehoorich, &c. kan booslijck weder die weltlijcke Ordinantie der Oуericheyt bedreuen werden, ſoo had het ſijn beſcheydt, by een Chriſtelijcke Ouericheydt, ſulcks naer ghelegenheyt der ſaecken te oordelen vnde te ſtraffen. Wat ouerſt die Ziele vnd Geeſt betreft, wil die Heere ſeluer wtrichten, vnde de ſyne vanden booſen afgeſcheyden, geduldet vnde gheleden hebben. Die Heere ſal cortsom (luyt der geſchrift) alle moetwillige booſe verburgene Quatdoeners, als Glijſſenaers, Loghenaers, Benyders, Haaters, Bedrieghers, Verraders, Dootſlagers of vervolgers der waerheyt, daer toe den Antichriſt ſelue (wat is dat geſecht?) mitten Geeſt ſijns Monds ſlaen, vnde metten Adem ſijnder Lippen dooden: dat is immer mit geen werltlijck Schweert: maer dat ſelue lijdt hy vanden ſeluighen vnde laet noch ſijn Sonne op die Quade, als op die Ghoede ſchynen: wil daer toe dat wy hem, die ſijns beroemen, in lanckmoedigheydt, goedertierenheydt vnde barmherticheyt ſullen| gelijck nagaen: gebiedt daer toe ſijn Dienaren het On kruydt (welck ſy voor den tijt wt onwetenheit vnde haeſticheyt, als die Apoſtolen geerne 'tvuyr vanden Hemel geſien hadden, wolden wtplucken) neuen die Teruwe te laten ſtaen: Dan hy't niet verſuymen, op't eynde, ſo den Oogſt daer ſy, ſijn Enghelen ſelf daer toe ſenden wil, om den weltken wy den Heere des Oogſts bidden ſolden, die ſijn Engelen daer toe kent, kunſt vñ verſtandt geeft, het goede van't booſe t'nnderſcheyden,

die

die loghen wt waerheyt, reyn wt onreyn, het nieuwe wt dat olde, licht wt duyſterniſſe, gherechtichheyt wt ſonde, Vleyſch wt Gheeſt kennen, elck op ſijn plaets voegen konnen, in Gheeſt vnde Waerheyt: want Godes oordeelen ſijn eewich vnde gerecht, moghen niet feylen, maer die Menſch wel groflych, vnde in gheen dinck meer, als in Godes geeſtlijcke Geloofs saken. Ja groot gebreck ſalmen, tot den lichten Dach vnde den Geeſt der volkommenheyt verſchijnt (daer in onſe Ooghen vnde Ooren beth geſuyvert vnde opghtdaen ſullen werden by alle menſchen vinden. Daer dan alle oogen ſo den doeck (onſe verdeckinge int Vleyſch) afgedaen, die Doouen die woorden des Boecks hooren, der Blinder ooghen wt den duyſteren ſijn ſullen: dat alsdan die van eenen dolenden Gheeſt gheweeſt ſijn, haer ſullen onderrichten vñ van't verſtant leeren laten: die, ſomen haer inden tijt haerder blintheyt vnde onwetenheyt omgebracht had (gelijck oock der Paulus) ſulcx niet te verwachten hadden. Op dat ſich niemand in die Oordel vergrypen ſolde, heeft hy een nieuw Gebot in der liefden ons na te wandelen gegeuen, vñ dat wy een ander doen, als wy ſelf gheerne hebben ſolden. So ſijt bermhertich, gunſtich vñ goedich, doende als V. E. E. gheſchiet is, vñ van den Heere begherende ſijt: oordeelt niet, op dat ghy niet geoordeelt en wert: verdoemt oock niet, op dat ghy niet verdoemt en wert: ſtort gheen Bloet wat ghy doet, vnde doet oock niemant gewalt aen, Mijn beminde Heeren: Kent vnde weet V. E. E. Raetgheuers, wijns Diſcipulen ſy ſijn: dan geen dinck (ſo men't leſen vnde weten wil) heeft die Heere meer gheſtraft vnde min ouerſien willen, als rechtvaerdich bloet byſonder te vergieten vnde Afgoderie. Hangt niemant an, of gelooft niemant bouen Godt, of als den Heere Chriſto, dat Woort in geeſt vnde Waerheyt. Op dat V. E. E. ſulcx voorſiet, heb Jck mit uwen goeden toeverſicht van liefden my beernſtighet, dit (mijns verſtants na) aen V. E. E. te verſchryuen, niet nalaten connen. Vnde hoewel ick mijn Name daer in verholden hebbe, ſal't uwer E. E. des niet te minder ſijn aenſin ten beſten gheuen: den tijt wil het teghenwoordig alſo, datmen't niet al ſchryuen mach, wijl die Veder qualijck te vertrouwen is. Vale.

1. Julij. Anno 1553.

Myn vermogen na / erbied Jck my ganß onderdanichlijck an V E. E. als haren Vrundt vnde Broder in den Heere altijt.

§. XLI.

Nullum ceterum colloquium coram iudicibus inter CALVINVM atque SERVETVM habitum eſt deinceps. Ipſe SERVETVS noluiſſe videtur cum CALVINO amplius ore diſputare, ſine dubio, quod ſe ipſi multum inferiorem eloquentia eſſe, intelligeret. Nam quum in iudicium iterum productus eſſet, noluit in certamen prodire, curis ſeſe impediri praetexens. (r) Itaque reliqua diſputatio ſcriptis peragebatur. Reſpondebat SERVETVS propoſitionibus, quas ex libro eius excerpſerat CALVINVS. Breuis tantum reſponſio eſt SERVETI, (s) cui tamen maius quoddam ſcriptum viginti & quatuor plagulis conſtans, CALVINVS oppoſuit ſub hoc titulo: *Breuis Refutatio errorum & impietatum* MICHAELIS SERVETI *a Miniſtris Eccleſiae Geneuenſis magnifico Senatui, ſicuti iuſſi fuerant, oblata.* (t) Quo in ſcripto CALVINVS errores Serueticos acerbe refutauit, & ita demum concludit: *Quisquis ergo vere & prudenter reputabit, hunc illi* (SERVETO) *ſcopum fuiſſe agnoſcet, vt luce ſanae doctrinae extincta totam religionem euerteret.* Falſa autem omnino eſſe videtur haec accuſatio, quoniam SERVETVS, vt religionem penitus euerteret, numquam elaborauit, quamquam puram noſtram doctrinam, commentis ſuis maculare ſtuduerit.

§. XLII.

Huic autem CALVINI *refutationi*, vt ſingulari quodam ſcripto reſponderet, non conſultum ſibi fore, SERVETVS iudicauit: melius vero futurum, ſi margini quasdam

 adiiceret

(r) Id ipſe teſtatur CALVINVS in *Refutatione Errorum* MICH. SERVETI *Opuſc. Theol. p.* 696. inquiens: *Nam quum poſt octo dies iterum eſſet productus, & libera conferendi nobiscum illi daretur facultas, ſe triſtitia & curis impediri praetexuit.*

(s) vid. CALVINI *Opuſcula Theol.* p. 707. ſeq. vbi haec SERVETI reſponſio typis expreſſa extat.

(t) vid. iterum CALVINVS loco iam citato p. 711. ſeq.

adiiceret notas, lineisque paſſim nonnulla inſeret verba. Illae autem notae, quae merae iniuriae ſunt, quibus CALVINVM afficiebat, ipſi deinceps magis quam CALVINO noxiae fuerunt. Dixerat ſaepiſſime ad CALVINVM: *mentiris.* (u) Nominauerat eumdem, *Simonem magum, impoſtorem, ſycophantam, nebulonem, perfidum, impudentem, murem, ridiculum,* imo *cacodaemonem* & neſcio quibus eum aggreſſus erat conuiciis. Iuſtam enim cauſam ſeſe habere ſemper reputabat SERVETVS, quod ex nota quadam, quam margini addiderat, apparet. *In cauſa,* ait ibi, *tam iuſta ſum conſtans, & mortem nihil formido.* Refutatio quam CALVINVS confecerat, ab ipſo CALVINO & quatuordecim (x) aliis verbi diuini miniſtris ſubſcripta erat, id quod SERVETO quoque anſam dabat, vt ſequentia eis adiungeret verba:

HActenus eſt ſatis conclamatum, & magna ſubſcribentium hic turba. Sed quos locos iſti adducunt, ad ſtatuendum inuiſibilem illum & realiter diſtinctum Filium, quem aſſerunt? Nullos ſane adducunt nec adducent vmquam. Hoc decebat tantos eloquii diuini miniſtros, qui & vbique iactant, ſe nihil velle docere, quod non ſit ſolidis Scripturae locis demonſtratum. At nulli tales loci nunc inveniuntur.

(u) Idem fere teſtatur quoque HENR. BVLLINGERVS, in ſcripto ſaepiſſime iam allegato ita ſcribens: **Und wenn man jm glych fürhielt, die offnen vnlougenbaren Waarheit, was ſin antwort:** *mentiris, mentiris,* **du lügſt, du lügſt.**

(x) Patet id ex ipſis CALVINI *Opuſc. Theol.* p. 764. vnde ſphalma typographicum forſan id eſſe videtur, quod Cl. LA ROCHE *Tom. II.* p. 158. *Bibl. Angl.* tredecim tantum eorum numerauit, quum p. p. 181. in nota ſubiuncta, quatuordecim ei ſubſcripſiſſe bene memorat.

tur. Improbata eſt igitur doctrina mea ſolis clamoribus, ratione vero nulla, authoritate nulla.

MICHAEL SERVETVS *ſubſcribit, ſolus hic quidem ſed qui Chriſtum habet Protectorem certiſſimum.*

His verbis adiuncta erat latina quaedam epiſtola, a SERVETO ad CALVINVM transmiſſa, qua ei imperitiam ſuam exprobrabat, quod ſcilicet principia rerum, vt: *omnem actionem per contactum fieri*, multaque alia neſciret.

§. XLIII.

Lectis hisce omnibus Scriptis, quum CALVINVS nulli interea labori parceret, vt ſuum conſequeretur ſcopum, clam in Senatu Geneuenſi decretum eſt, capitis ſupplicium in eum conſtituendum eſſe. CALVINVS ipſe mitiorem ipſi poenam decerni nolebat, (y) qua in ſententia amicus eius FARELLVS vehementer eum confirmabat. (z) At quum magni haec res eſſet momenti, praetereaque SERVETVS ad exteros Theologos prouocaſſet, (a) operae pretium

(y) Ita enim in *Epp. & Reſp.* Ep. CLII. ad FARELLVM p. 290. ſcribit: *Spero, capitale ſaltem foro iudicium, poenae fero atrocitatem remitti cupio.*

(z) His CALVINI litteris FARELLVS reſpondet: *Quod poenae atrocitatem leniri cupis, facis amici officium, in inimiciſſimum tibi hominem. Sed te, quaeſo, ita geras: ne temere quiuis andeat, noua inferre in publicum dogmata, & tamdiu omnia turbare impune, vt iſte fecit. Vides arrogantem haereticum* HIERONYMVM, (qui HIERONYMVS BOLSECVS eſt,) *qui toties conuictus nondum in ordinem cogi potuit, & iudicium indulgentia potius quam aequitas, dum officium non facit, non modo illi nocet, & tantum non perdit, verum etiam multis. Verum haec te non fugiunt, neque ideo dicuntur, vt opus tibi ſit: ſed & de aliis non paucis querimur, ita & hic licet.* vid. CALVINI *Epp. & Reſp.* Ep. CLV. p. 292. 293.

(a) vt CALVINVS teſtatur in *Opuſc. Theolog.* p. 704. b.

pretium duxerunt iudices, ciuitates Heluetas conſulere, eorumque Paſtores, vt de hanc Seruetica cauſa pie atque cordate iudicarent. Mittebatur igitur ad quatuor Helueticas Eccleſias, Tigurinam, Baſilienſem, Bernenſem & Schafuſianam, Liber SERVETI, quem Viennae ediderat, vna cum CALVINI ſcriptis, & SERVETI reſponſionibus. Litteras quoque his adiungebat Magiſtratus Geneuenſis, ad miniſtros harum Eccleſiarum, quibus eos implorabat, vt ſententiam de SERVETO dicerent. Teſtantur id ipſe CALVINVS, (b) *Hiſtoria manuſcripta* SERVETI (c) VYTENBOGARDVS, (d) GOD. ARNOLDVS (e) aliique.

§. XLIV.

(b) Ita enim CALVINVS in *Opuſc. Theol.* p. 724. a. memorat. *Clariſſimus* ait, *Senatus noſter, quo certius ferret iudicium, & minus obnoxium calumuiis, ad quatuor Helueticas Eccleſias miſit: Tigurinam, Bernenſem, Baſilienſem, Schafuſianam, deque tota cauſa earum conſuluit Paſtores.*

(c) Cuius verba ſunt: *Relata hac ſententia* (ſcilicet Viennenſium) *miſſus eſt nuncius ad Helueticas Eccleſias, Bernum, Tigurum, Schauhuyſium, & Baſileam, vna cum Libro* SERVETI; *& accuſatione Concionatorum* (CALVINI.) Quae hic & aliis in locis parentheſi incluſa ſunt, non videntur ab ipſo Hiſtoriae huius Auctore, ſed ab alio SERVETI amico, forte deſcriptore, profecta eſſe. *& litteris Magiſtratus Geneuenſis ad miniſtros illarum Eccleſiarum, aut ad magiſtratus, ad corrogandas earum ſuper* SERVETVM *ſententias.*

(d) Qui idem fere ac *Hiſtoria* SERVETI *MSta* refert, l. c. p. 74. b. *Hier op* (obtenta ſcilicet ſententia Viennenſi) *wierdt de Bode geſonden aen de Switſerſche Keercken vnn Bern, Zurich, Schaffhuyſen, ende Baſel, met* SERVETI *Boeck, ende de Beſchuldigingen der Predicanten derſeluer Kercken, of aen de Magiſtraten, om haer ordeel te hebben over* SERVET.

(e) In *Haereſiologia* P. II. L. XVI. C. XXXIII. p. 406. b. ſcribens: Damit der *Proceſs* (contra SERVETVM) einen beſſern Schein haben möchte, ſo wurde von auswärtigen *Theologis* das Urtheil eingehohlet, ungeacht CALVINI Freunde nicht leugneten, daß er ſelbſten den Ausſpruch ſchon gethan, und den Raht dazu vermocht gehabt. Et prouocat ad OTTII *Annal. Anabapt.* p. 116.

§. XLIV.

Qui de cauſa SERVETI interrogati erant Eccleſiae Miniſtri, officio ſuo promte fungebantur, ſententiamque ſuam de hac Seruetica cauſa cum Senatu Geneuenſi per litteras communicabant. Omnes quidem in eo conſentiebant, horrendos SERVETI errores deteſtandos eſſe, ſeueriusque idcirco in SERVETVM animaduertendum, nullam tamen mortis mentionem iniiciebant. Primo loco die nempe II. Octobris reſpondebant *Tigurini*, & magiſtratum Geneuenſem adhortabantur, ut viderent, ne veneni huius contagio per hunc latius ſerperet (f) de modo coercitionis prudenſſime nil ſtatuunt. Faciebant & idem fere die VI. huius menſis *Schafhuſiani* (g) *Baſilienſes* autem ceteris moderatiores die XVIII. Octobr. Geneuam reſponſorias mittebant litteras, atque ſuadebant, ut omne ſtudium in ipſo ſanando primum impenderent, atque offendicula, ſi quae dediſſet, ſanarent. Quod ſi autem inſanabilis eſſet, tum officio atque poteſtate ſua qua pollebant Geneuenſes, eum coercerent, ne Chriſti Eccleſia damnum inde caperet maximum. (h) Reſcribebant quoque *Bernenſes*, quo vero die non liquet. Interim eorum eo redit monitum, vt impedirent, ne vlteriores progreſſus SERVETI errores facerent (i) CALVINVS perſuaſum eſſe voluit aliis, necnon amici

(f) Hae litterae extant in CALVINI *Epp. & Reſpon.* Num. CLIX. p. 297. Quumque ceteris reſponſionibus ſeueriores ſint, dignas etiam iudicauit eas CALVINVS, quas in *Breui expoſit. errorum* SERVETI p. 724. publici iuris faceret. Addit ibidem cauſſas, quare & reliquas non ibi publicaverit, ſed has futiles eſſe, vident omnes. Vera cauſſa erat, quod CALVINI inſtituto, qui iuſte SERVETVM capite plexum defendit, non ita inſeruirent, ut litterae Tigurinae.

(g) In CALVINI *Reſp. & Ep.* ep. CLVIII. p. 296.

(h) In CALVINI *Epp. & Reſp.* p. 300.

(i) CALVINI *Epp. & Reſp.* p. 306.

ci eius, has omnes Eccleſias de morte SERVETI ſecum ſenſiſſe: (k) verum ocularis litterarum inſpectio docet, nullam earum expreſſe dixiſſe aut voluiſſe, vt capite damnaretur SERVETVS. Contrarium potius ex BOLSECO (l) atque *Hiſtoria*

(k) CALVINI *Opuſc. Theol.* p. 724.

(l) Ita enim BOLSECVS l. c. p. 10. 11. hac de re ſcribit: *Nam quum animaduerteret* (ſcilicet CALVINVS) *multos hac caede, quae Geneuae facta eſſet, offenſos, eo, quod non ita pridem librum in lucem emiſiſſet, in quo Haereticos eſſe è medio tollendos pernegauerat vt inuidiam declinaret, Librum, quem dixi contra* SERVETI *errores conſcripſit, Scabinos, Magiſtratum, atque Iudices Geneuenſes, ſeque ipſum ſeuerae huius animaduerſionis authores eſſe, pernegans. Neque enim Geneuenſes, ſed eccleſiam Tigurinam, Bernenſem, & Baſileenſem, capitalem contra* SEVETVM *ſententiam ſcripſiſſe. Geneuenſesque, ſic ipſe affirmat, executores latae ab illis Eccleſiis ſententiae tantummodo exſtitiſſe; quod valde friuolum & manifeſto falſum eſſe, ex eo ipſo libro deprehendas licet in quo inter caetera mortis ſupplicium per Tigurinas Eccleſias ipſi* SERVETO *decretum eſſe aſſeruit.* Nam ut cuiuis, *inquit*, conſtare poſſit, me verum dicere, litteras hic Procerum Tigurenſium proferam, quae ut breues ſimus, teſtimonio eſſe queant, & caeterarum omnium, quae eiusdem argumenti ſunt, loco. *Sic* CALVINVS. *At, qui hunc librum de* SERVETI *morte & erroribus euoluit, & diligenter, quas producit, Tigurenſium contra* SERVETVM *litteras examinet, nihil in eis reperiet grauius, neque quod de eius nece dictum videri poſſet, quam hoc tantummodo, quod ſequitur:* Veſtrum ſit videre, quomodo temeritatem huius hominis coërceatis. *An hic vlla mortis ſententia? Non haec ideo ſcribo, quod caedem turpiſſimi monſtroſiſſimique haeretici, qualis* SERVETVS *fuit, improbem. Is enim omnium, quotquot viuunt, peſſimus fuit, & indignus plane, qui in hominum ſocietate verſaretur, eſtque hoc mihi in votis quam maxime, vt quotquot eius ſunt exterminatos, Eccleſiamque viperis peſtibusque huiusmodi purgatam videre poſſimus. Sed huiusce rei cauſa hoc vrgendum putaui, vt Satanae aſtum ob oculos ponerem; qui, vt ſimplices, rudes, & nimium credulos decipere poſſet, elegantem nobis praeſtigiatorem ſuſcitauit, quem ſic inſtruxit, vt hominem improbiſſimum alias, immaniſſimumque & vindictae cupidiſſimum ſpecioſis titulis, tanquam ſumme benignum & clementem, & in condonandis iniuriis facilem, extolleret ornaret, fingeret.*

ria SERVETI *MSta.* de harum Eccleſiarum & praeſertim Tigurinae ſententia conſtat.

§. XLV.

Interim SERVETVS ignarus rerum, quae gererentur, miſerrime in carcere viuebat. Ne tamen penitus ſibi deeſſet, nouum libellum ſupplicem Senatui iterum die XXII. Septembris exhibebat, in eoque demonſtrabat, ſeſe falſo a CALVINO accuſatum eſſe; acſi de *immortalitate animae*, (m) *Chriſtique incarnatione* non recte ſentiret. Haec enim duo potiſſima fidei Chriſtianae capita eſſe, quae ſi negaſſet, dignum ſeſe ipſe iudicabat, qui maxima idcirco poena afficeretur. Implorabat deinceps iudices, vt CALVINVS accuſator eius aeque ac ipſe in carcerem coniiceretur, donec lis eorum diiudicata eſſet: cauſa vero ſi caderet, nulloque modo CALVINVM errorum ſuorum conuincere poſſet, tunc ſeſe contentum fore, vt poenam iudicio ſolueret debitam. Poſtremo nihil aliud hoc in libello, quam iuſtitiam iudicum implorabat. Ipſae litterae ſunt ſequentes:

Tres honorés SEIGNEURS

JE ſuis detenu en accuſatiou criminelle de la part de JEHAN CALVIN, *lequel ma faulſamant accuſé, diſant que j' aves eſcript.*

(I) *Que les ames eſtiont mortelles, & auſſi*

 (II)

(m) Quare vehementer admirandum eſt, CALVINVM non ſemel in ſcriptis ſuis SERVETO obiicere, quod perennitatem neget animarum. Exhibebo tantum vnicum; at luculentum locum ex *Libro de ſcandalis Opuſc. Theol.* p. 104. vbi ita ſcripſit: AGRIPPAM, VILLANOVANVM, DOLETVM, *& ſimiles vulgo notum eſt tanquam Cyclopas quospiam Euangelium ſemper faſtuoſe ſpreuiſſe. Tandem eo prolapſi ſunt amentiae & furoris, vt non modo in Filium DEI execrabiles blasphemias euomerent, ſed quantum ad animae vitam attinet, nihil a canibus & porcis putarent ſe differre.*

(II) *Que* JESV CHRIST *navoyt prins de la vierge* MARIA, *que la quatrieſme partie de ſon corps.*

Ce ſont choſes horribles, & execrables. En toutes les aultres hereſies, & en tous les au'tres crimes, nen a poynt ſi grand, que de faire lame mortelle. Car a tous les aultres il y a ſperance de ſalut, & non poynt a ceſtuicy. Qui dict cela, ne croyt poynt quil y aye Dieu, ni juſtice, ni reſurrection, ni JESV CHRIST, *ni ſainte Eſcriture, ni rien: ſi non que tout e mort, & que home & beſte ſoyt tout un. Si javes dict cela, non ſeulemant dict, mais eſcript publicamant, pour enfecir le monde, je me condamnares moy meſme a mort.*

Pourquoy, Meſſeigneurs, je demande que non faulx accuſateur ſoyt puni poena talionis, *& que ſoyt detenu Priſonier comme moy, jusques a ce que la cauſe ſoyt diffinie pour mort de luy ou de moy, ou aultre poine. Et pour ce faire je me inſcris contra luy a la dicte poine de talion. Et ſuts content de morir, ſi nou eſt conuencu, tant de cecy, que d' aultres choſes, que je luy mettre deſſus. Je vous demande juſtice, Meſſeigneurs, juſtice, juſtice, juſtice. Faict en vos priſons de* Geneve *le* 22. *de* Septembre 1553.

MICHEL SERVETVS
en ſa cauſe propre.

§. XLVI.

Huic Libello capita quaedam accuſatoria addiderat SERVETVS. Diximus ſupra, CALVINVM multos habuiſſe Geneuae, qui parum ei fauebant, SERVETVMque potius contra eum inſtigabant. His credo auctoribus, SERVETVS hos articulos confecit. Deſiderat igitur a Senatu, vt CALVINVS *poena talionis* puniatur, quaerique iubet ex CALVINO, anne auctor carceris eius Viennenſis, & niſi aufugiſſet, mortis quoque fuiſſet: quatuor addebat etiam rationes,

nes, vt doceat, CALVINVM omnino mereri, vt capitis condemnaretur. Sed en ipſos articulos:

Articles ſur les quiels MICHEL SERVETVS demande que IEHAN CALVIN ſoyt interrogé.

1. *Si le moys de* Mars *dernier paſſé fit eſcrire par* GVILLAVME TRIE *a* Lyon, *diſant tout plein de choſes de* MICHAEL VILLANOVANVS, *dict* SERVETVS. *Quel eſtoyt le contenu de la lettre, & pour quoy.*

2. *Si aveque la dicte lettre envoya la moytie du premier quayer du livre du dict* SERVETVS, *ou eſtoyt le titre, & lindice ou table, & quelque comancament du dict livre, intitulé* Chriſtianismi reſtitutio:

3. *Si tout cela ne fut envoyé, pour le faire voyr aux officiaulx de* Lion, *pour faire accuſer le dict* SERVETVS, *comme le effect ſen ſuyuit.*

4. *Si environ quinze jours apres la dicte lettre, enuoya derechef par le meſme* TRIE *plus de vingt epiſtres en Latin, que le dict* SERVETVS *luy havoyt eſcrit: & les envoya, comme les cultres de par dela luy demandiont, afin que plus ſeurement le dict* SERVETVS. *fut accuſé, & convencu, comme leffect ſen ſuyvit.*

5. *Si apres na entendu, que pour la dicte accuſation, le dict,* SERVETVS *á eſté bruslé en perſone, ſi ne ſe fut eſchapé des priſons.*

6. *Si ne ſcait bien que neſt poyt leſtat dun miniſtre de levangile, de eſtre accuſateur criminel, ni de porſuivre judiciellement un home a mort.*

Meſſeigneurs, il y a quatre raiſons grandes & infallibles, par les quiles CALVIN *doyt eſtre condamné.*

La premiere eſt, pource que la matiere de la doctrine ueſt poynt ſubjecte á accuſation criminelle, comme vous ay monſtré par requeſtes, & mouſtrarei plus amplemant per les anciens docteurs de legliſe. Pour quoy il a grandamant

mant abuſſe de la criminalité, & contra leſtat dun miniſtre de levangile.

La ſeconde raiſon eſt, pource quil eſt, faulx accuſateur, comme la preſente inſcription vous monſtre, & ſe prouvera facilemant par la lecture de mon livre.

La tierſe eſt, que par frivoles & calumnieuſes raiſons veult opprimer la verité de IESV CHRIST, *comme par le rapport de nos eſcritures vous ſera manifeſté. Car il ya mis de grandes menteries & meſchanchetes.*

La quatrieſme raiſon eſt, que en grande partie il enſuyt la doctrine de SIMON MAGVS, *contra tous les docteurs qui furent jamays en legliſe. Pour quoy comme magicien quil eſt, doyt non ſeulement eſtre condamné, mays doyt eſtre exterminé & dechaché de voſtre ville. Et ſon bien doit eſtre adjugé a moy en recompanſe du mien, que luy ma faict perdre, la quiele choſe, Meſſeigneurs, je vous demande. Faict le jour que deſſus. &c.*

MICHEL SERVETVS
en ſa cauſe propre.

§. XLVII.

Vltimum tandem, quem conſcripſit Libellum die X. Octobris ad Senatum dabat, quibus, iniurias ſibi fieri grauiſſimas, querebatur, nec enim ſeſe audire voluiſſe iudices, iuſtitiam eorum ſeſe imploraſſe, quam tamen ceteroquin ne Turcae quidem denegarent, nec obtinuiſſe tamen aliquid: miſeriam ſuam vero graphice depingit, ſummamque interpretatur crudelitatem, quod ſibi nullam loquendi veniam darent. Ipſe libellus ita ſeſe habet:

Magnifiques SEIGNEURS,

IL y a bien troys ſemmeines, que je deſire & demande avoir audianſe & nay jamays peu lavoir. Je vous ſupplie pour lamour de JESV CHRIST, *ne me refuſer ce que vous*

ne refuſeries a un Turc, *en vous demandant juſtice. Jay a vous dire choſes dimportance, & bien neceſſaires.*

Quant a ce que avies commandé, qu'on me fit quelque choſe pour me tenir net, nen a rien eſte faict, & ſuys plus pietre que jamays. Et davantage le froyt me tormante grandament à cauſe de ma colique & rompure, la quelle mengeldre daultres pauretes, que ay honte vous eſcrire. C'eſt grand cruaulte, qui je naye conget de parler ſeulement pour remedier à mes neceſſites. Por lamour de Dieu, Meſſeigneurs, dones y ordre, ou pour pitié, ou pour le devoyr. Faict en vos priſons de Geneve *le dixieme* doctobre. 1553.

MICHEL SERVETVS.

§. XLIIX.

Verum enim vero Iudices neque libellis neque precibus SERVETI aures dabant. Sed quum rediiſſent nuncii ad eccleſias Helveticas miſſi, infeliciſſimum hominem lenti ignis ſupplicio adiudicabant. Amicus quidem SERVETI, AMADAEVS GORRIVS, cum omnia intelligeret, exitium homini minari, in curiam aſcendebat, vt eum poena liberaret. Rogabat ideo vt cauſſa ducentorum virorum cognitioni committeretur. Verum vicit immoderatus CALVINI & multorum aliorum feruor. (n) Genus tamen ſupplicii terribile videbatur CALVINO, quare petiit, vt aliud decerneretur: ſed fruſtra. (o) Ex legibus civitatis condemnatum eſſe SERVETVM, IO. WIGANDVS noſter ſcribit. (p) Nec id prorſus male. Nam, quod ex tota carceris eius hiſtoria

(n) Vid. Epp. & Reſp. CALVINI Ep. CLXI. p. 304. *Caeſar comicus ſimulato per triduum morbo, in curiam tandem aſcendit vt ſceleratum iſtum poena eximeret. Neque enim erubuit petere, vt cognitio ad ducentos veniret; ſine controverſia tamen damnatus eſt.*

(o) Vid. Epp. & Reſp. CALVINI Ep. CLXI. p. 304. *Genus mortis conati ſumus mutare, ſed fruſtra.*

(p) In Seruetianiſmo fol. 85. b. ed. Regiom. 1575. 8.

hiſtoria conſtat, nondum erat tum temporis lex Geneuae de haereticis puniendis & comburendis abrogata: alioquin ne actio quidem in SERVETVM inſtitui potuiſſet. Atque fateor id multum ad excuſandum quodammodo CALVINVM momenti habere. Sed id tamen quaeri poſſet, an id iure & ex lege civitatis factum ſit, quod GORRII precibus, petentis, vt ad ducentorum conſilium res perferretur, locus non relictus fuerit. Viderint hoc illi, qui reipublicae Geneuenſis iura & leges intelligunt.

§. XLIX.

Sed vt quibus cauſſis SERVETVM Geneuenſes condemnauerint, conſtet, iuuat totam ſententiam in miſerum hominem latam hic apponere. Sic autem illa ſeſe habet:

Proceſſus iudicii & ſententia decretoria in miſerum Miahael. Seruetum *ex Autographo exacte deſcripta* (*) *& a V. C.* Mich. de la Roche *edita in* Memoirs of Literatur *Vol. II. Febr. n. CC. p. 75. 76.*

Proces

fait et formé par devant Nos très redoubtés Seigneurs, Sindique, Iuges des cauſes criminelles de ceſte Cité, à la pourſuite et inſtance du Seigneur Lieutenant de ceſte dite Cite, des dites cauſes inſtant contre

Michel

(*) *Cl.* LA ROCHE *ita lingua Anglica ſcribit:* Theſe Two Pieces do perfectly agree with the Original: Only there are ſome Words, in which the Orthography is not exactly the ſame.

Michel Servet de Ville-neuve au Royaume d' Arragon en Eſpagne.

Lequel premierement eſt eſté atteint d' avoir, il y a environ 23. a. 24. ans, fait imprimer un Livre à Agnon (*) en Allemagne contre la ſainte & Individue Trinité, contenant pluſieurs & grands Blaſphemes contre icelle grandement ſcandaleux ès Egliſes des dites Allemagnes: lequel livre il a ſpontanémeut confeſſé avoir fait imprimer, non obſtant les remonſtrances & corrections a luy faittes de ſes faulſes opinions par les ſcavans Docteurs Evangeliſtes des dites Allemagnes.

Item, Et lequel livre a eſté par les Docteurs d' icelles Egliſes d' Allemagne, comme plein d' hereſies, reprouvé, & ledit SERVET *rendu fugitif des dites Allemagnes a cauſe du dit livre.*

Item, & non obſtant cela ledit SERVET *a perſeveré en ſes faulſes erreurs, infectant d' icelles pluſieurs a ſon poſſible.*

Item, Et non content de cela, pour mieux divulguer & eſpancher ſon dit venin & hereſie, depuis peu de temps en ça il a fait imprimer un autre livre à cachette dans Vienne en Dauphine, rempli des dites hereſies, horribles & execrables blasphemes contre la Sainte Trinité, contre le Fils de Dieu, contre le Bapteſme des petits Enfans, & autres pluſieurs ſaints paſſages & fondemens de la Religion Chreſtienne.

Item, A ſpontanément confeſſé qu' en iceluy livre, il appelle ceux qui croient en la Trinite, Trinitaires *& Atheiſtes.*

Item, Et qu'il appelle icelle Trinité un D - - - & monſtre a tr - s t - tes. (**)

Item,

(*) *It ſhould be Haguenau. Nota eſt* ROCHII *editoris.*

(**) *Noluit Cl.* ROCHIVS (*ut in ſubiecta Nota p. 77. ipſe indicat*) *pio animo*

Item, Et contre le vray fondement de la Religion Chreſtienne, & blaſphemant deteſtablement contre le Fils de Dieu, a dit JESVS CHRIST *n' eſtre Fils de Dieu de toute éternité, ains tant ſeulement depuis ſon Incarnation.*

Item, & contre ce que dit l' Eſcriture JESVS CHRIST *eſtre Fils de David ſelon la chair, il le nie malheureuſement, diſant icelui eſtre crée de la ſubſtance de Dieu le Pere, ayant receu trois Elemens d' icelui, & un tant ſeulement de la Vierge: en quoy meſchamment il pretend abolir la vraye & entiere Humanité de Noſtre Seigneur* JESVS CHRIST, *la ſouveraine conſolation du poure genre humain.*

Item, Et que le baptesme des petits enfans n' eſt qu' une invention Diabolique & Sorcellerie.

Item, Et pluſieurs autres points & articles, & execrables blaſphemes deſquels ledit livre eſt tout farci grandement ſcandaleux, & contre l' honneur & Maieſté de Dieu, du Fils de Dieu, & du Saint Eſprit: quil eſt un cruel & horrible meurtriſſement, perdition & ruine de pluſieurs poures ames, eſtans par ſa deſſus dite deloiale & deteſtable doctrine trahies. Choſe épouvantable à reciter.

Item, & lequel SERVET *rempli de malice intitula iceluy ſon livre, ainſi dreſſé contre Dieu & ſa ſainte doctrine Evangelique, CHRISTIANISMI RESTITVTIO, qui eſt à dire,* Reſtitution du Chriſtianisme; *& ce pour mieux ſeduire & tromper les poures ignorans, & pour, plus commodément infecter ſon malheureux & meſchant venin les lecteurs de de ſon dit livre, ſous l' ombre de bonne doctrine.*

Item, Et outre le des ſusdit livre, aſſaillant par lettres

---

animo haec in dogma de Trinitate iniuria SERVETI *verba integra exhibere. Facile fuiſſet nobis, haſce lacunas ſupplere: At, ne quis minus conſultus hinc imprudentiae dicam nobis ſcriberet, maluimus Virum Clariſſimum imitari. Neminem interim, qui Hiſtoriam legerit, quid ſibi haec verba velint, latere poterit.*

tres meſmes Foy, & mettant peine icelle infecter de ſa poiſon, a volontairement confeſſé & reconuu avoir eſcrit lettre à un des Miniſtres de cette Cité, dans laquelle entre autres pluſieurs horribles et enorrmes blaſphemes contre noſtre ſainte Religion Evangelique il dit noſtre Evangile eſtre ſans ſoy et ſans Dieu, et que pour un Dieu nous avons un C-re à tr- s t-tes.

Item, Et a davantage voluntairement confeſſé, qu' au deſſüs dit lieu de Vienne, à cauſe d' icelui meſchant et abominable livre & opinions, il fut fait priſonnier; les quelles priſons perfidement il rompit & échappa.

Item, & n' eſt ſeulement dreſſé ledit SERVET *en ſa doctrine contre la vraye Religion Chreſtienne; mais comme arrogant innovateur d' hereſies, contre la Papiſtique, & autres; ſi que à Vienne, meſme il eſt eſté bruſle en Effigie, & de ſes dits livres cinq bales bruslées.*

Item, Et non obſtant tout cela, eſtant ici ès Priſons de cette Cite detenu, n' a laiſſé de perſiſter malicieuſement en ſes dites meſchantes & deteſtables erreurs, les taſchant ſouſtenir avec injures & calomnies contre tous vrais Chretiens & fideles tenementiers de la pure immaculée Religion Chreſtienne, les appellant Trinitaires, *Atheiſtes & Sorciers, non obſtant les remonſtrances a luy deja dès long temps en Allemagne, comme eſt dit, faites, & au mepris des reprehenſions, empriſonnemens & corrections a luy tant ailleurs qu' icy faites. Comme plus amplement & au long eſt contenu en ſon Proces.*

SENTENCE

NOUS Sindiques, Juges des Cauſes criminelles de cette Cité, aians veu le Proces fait & formé par devant Nous à l' inſtance de noſtre Lieutenant és dites cauſes inſtant, contre toi MICHEL SERVET, *de Ville-neuve au Royaume d' Arragon en Eſpagne, par lequel & tes volontai-*

res Confeſſions en nos mains faites, & par plusieurs fois reïterées, & tes livres devant Nous produits, Nous conſte & appert Toy SERVET *avoir dès long temps mis en avant Doctrine fauſſe & pleinment hereticale & icelle, mettant arriere toutes remonſtrances & corrections, avoir d'une malicieuſe & perverſe obſtination, perſeveremment ſemée & divulgée juſques à l'impreſſion de livres publics, contre Dieu le Pere, le Fils, & le Saint Eſprit; bref contre les vrais fondements de la Religion Chreſtienne, & pour cela taſché de faire ſchisme & trouble en l'Egliſe de Dieu, dont maintes ames ont peu eſtre ruinées & perdues (choſe horrible & épouvantable, ſcandaleuſe & infectante) & n'avoir eu honte ni horreur de te dreſſer totalement contre le Maieſté Divine & Sainte Trinité; ains avoir mis peine, & t'eſtre emploie obſtinement à infecter le monde de tes hereſies & puante Poiſon hereticale. Cas & crime d'hereſie grief & deteſtable, & meritant grieve Punition corporelle.*

A ces cauſes, & autres juſtes à ce Nous mouvantes, deſirans de purger l'Egliſe de Dieu de tel infectement, & retrancher d'icelle tel membre pourri, aians eu bonne participation de conſeil avec nos Citojens, & aians invoque le nom de Dieu, pour faire droit jugement, ſeans pour Tribunal au lieu de nos Maieurs, aians Dieu & ſes ſaintes Eſcritures devant nos ieux, diſant, Au nom du Pere, du Fils, & du Saint Eſprit, *par cette noſtre definitive Sentence, laquelle donnons ici par Eſcrit. Toy* MICHEL SERVET *condamnons, à devoir eſtre lié et mené au lieu de* Champel, *et là devoir eſtre à un pilotis attaché et bruslé tout vif avec ton livre, tant eſcrit de ta main qu'imprime, jusques a ce que ton corps ſoit reduit en cendre; et ainſi finiras tes jours, pour donner exemple aux autres, qui tel cas vodroient commetre. Et à vous Noſtre Lieutenant, commandons noſtre preſente Sentence faites mettre en Execution.*

Multa

Multa poſſent in hanc ſententiam notari, quae nunc breuitatis cauſſa omittimus. Id tamen non poſſumus, quin obſeruemus, non omnia hic ei exprobrari, quorum a CALVINO poſtulatus fuit. Nihil hic de iniuriis in Moſen, nihil de negata animae immortalitate, nihil de atrociſſimis aliis erroribus. Fallor, aut hinc intelligitur, exiſtimaſſe iudices, haec non ſatis probata eſſe a CALVINO. (q)

§. L.

Haec ſententia SERVETO ad tribunal ex carcere adducto publice praelecta fuit. Factum id die XXVII. Octobr. menſis. (r) Quomodo ſeſe geſſerit, audita hac ſententia, non uno modo referunt omnes. CALVINVS belluinam ſcribit ſtupiditatem in morte eius apparuiſſe, hominemque nunc attonito ſimilem, nunc lymphatico fuiſſe, poſtremum *miſericordia*, Hiſpanico more inclamaſſe. (s) Facile credo, per-

(q) Non poſſum quin hic data occaſione moneam, fabulam in Germania ſparſam fuiſſe hoc anno, acſi Lutetiae furibundus mortuus eſſet, SERVETVS, quae non alio fundamento, quam falſo vulgi rumore, nititur. Sparſam eam eſſe in Germania ex *Propoſitionibus* (vt titulus eſt) apparet, de quibus M. TILEMANNVS HESHVSIVS Anno MDLIII. die 8. Maji Witebergae diſputauit; vbi ita ſcribit: *Agnoſcamus autem aeternum Patrem, Filium & Spiritum S., vt in verbis baptismi traditum eſt, & vt diſcrimina traduntur in Symbolis, & ſciamus non tantum eſſe nomina diuerſa vnius perſonae, ſicut fingunt aliqui Judaizantes, & ſicut* SERVETVS, *qui furens Lutetiae mortuus eſt, ſcripſit.* Hae *Propoſitiones* extant quoque inter *Diſpp.* MELANCHTHONIS quas in ſchola Wittembergenſi habuit *Tom. IV. Opp. eius edit. Peuceri* 1564. p. 574. §. 14.

(r) Patet id ex IO. CALVINI ad BVLLINGERVM epiſtola d. XXV. Octobr. data p. 306. *Quid de homine futurum ſit, nondum ſcitur. Quantum tamen coniecturis aſſequor, cras feretur in curia iudicium: perendie vero ad ſupplicium ducetur.*

(s) Vid. CALVINI Opuſc. ed. Genev. 1597. *Ceterum ne male feriati nebulones vecordi hominis pervicacia*

perterrefactum fuiſſe miſerum hominem, quum praeter opinionem tam horridam ſibi dictam ſententiam audiret. Sed quae nunc narrrbimus, ea hominem paullo minus ſtupidum fuiſſe, quum moreretur, quam CALVINVS cenſet, docebunt. Itaque eos non ſpernendos eſſe putem, qui eum gladii poenam ſupplicem expetiiſſe, atque de erroris ſui levitate moderate quaedam diſſeruiſſe perhibent. (t)

§. LI.

Extat Gallicum quoddam in SERVETVM, conſtantiamque eius carmen, cuius auctor videri vult interfuiſſe ſupplicio eius, & incredibilem animi eius ſtabilitatem & tranquillitatem in carcere ſpectaſſe. Fingit autem SERVETVM per aliquot dies poſt latam ſententiam in cuſtodia manſiſſe, intereaque multa mentis imperterritæ dediſſe documenta.

---

vicacia quaſi martyrio glorientur: in eius morte apparuit belluina ſtupiditas, vnde iudicium facere liceret, nihil unquam ſerio in religione ipſum egiſſe. Ex quo mors ei denunciata eſt, nunc attonito ſimilis haerere, nunc alta ſuſpiria edere, nunc inſtar lymphatici eiulare. Quod poſtremum tandem ſic inualuit, ut tantum Hiſpanico more reboaret, Miſericordia, Miſericordia.

(t) Ita auctor Hiſtoriae MS. SERVETI, quam alias forte exhibebimus. Io. VITENBOGARDVS l. c. p. 75. ita memorat: *So is hy geleyt ter Vierſchaer, ende daer ver-ordeelt ter aſſchen verbrendt te worden. Deſe Sententie gehort hebbende, badt hy de Magiſtraet oodtmodelik om t' ſwherdt, om door de grootheyt der pyne niet te worden gebracht tot Wanhoope ende alſoo ſyn Ziele niet verlooren ginge: hadde hy misdaen, het was uyt onwetenheyt, ſyne meeninge ende wille aller tydt ware geweſt Gods Eere te vorderen, welcke ſine begeerte Farellus predicant, den Magiſtraet breeder uyt leydde. Maer de Magiſtraet en wierdt van* SERVETO *niet verbeden.* quem exſcribit GODOFR. ARNOLDVS *in Haereſiologia P. IV. S. II Num. LIII. p.* 443. Ceterum vehementer miror, eadem die ſententiam hanc dictam fuiſſe miſero homini & ſimul ſupplicium de eo ſumtum. Neſcio anne omnes hanc rem crudeliorem eſſe dicturi ſint, quam mos Chriſtianorum ferre debet, niſi forte ex lege civitatis hic actum ſit.

menta. In lucem illud, aut partem potius eius, princeps protulit vir longe celeberrimus, MICH. DE LA ROCHE in *Diario* ſuo *Anglico*, ubi de SERVETO eiusque fatis commentatur. (u) At quum eandem SERVETI hiſtoriam *Bibliothecae Anglicae* Gallice verſam mandaret, carmen hocce totum omiſit. Vener. Praeſes meus ubi haec animaduertit, ſuſpicatus eſt, ideo celeberrimum virum partem tantum huius carminis produxiſſe, propertereaque in Belgio illud formis denuo deſcribi noluiſſe, quod aliqua contineret CALVINI famae & exiſtimationi iniurioſa. Namque notum eſt, Theologos Batavos multa in hac *Bibliotheca Anglica* graviter tuliſſe. Itaque litteris eximium virum rogavit, ut ſecum poema illud communicaret. Verum is hoc unum reſcripſit, verſus illos eſſe ſuppoſitios. (x) Diu, num id ita eſſet, dubitauit Praeſes meus at, rebus omnibus circumſpectis ita ſeſe rem habere ſenſit. Certiſſimum enim eſt, non diu poſt auditam ſententiam ad ſupplicium SERVETVM ductum eſſe.

§. LII.

Totum ſcilicet horum verſuum argumentum ex PLATONIS *Phaedone* hauſtum, & ab eius narratione de morte SOCRATIS ductum eſt. Hoc quidem ferendum eſſet; ſed illud prorſus tolerari nequit, quod auctor hic Gallici Poetae

(u) Vid. LA ROCHE Memoirs of litterature vol. II. n. XI. Martio Lond. MDCCXII. fol. p. 82. ſ. Sic ille loquitur: *I have by me ſome Freach-verſes, Written by a perſon, who ſaw* SERVETVS *in his Confinement, and was preſent, at his Execution. If we may believe that Author,* SERVETVS *expreſſed a wonderful conſtancy, and died with a perfect Reſignation to the will of God. I hope Sir, thoſe verſes will not be unacceptable to you the have never been prinled.*

(x) Mr. LA ROCHE Lettre a Mr. MOSHEIM datée Londres d. 2. Septembr. 1718. *Les vers François que vous me demandez, ſont ſuppoſez; & par conſequent ils ne doivent pas entrer dans votre Ouvrage.*

tae THEOPHILI de moete SOCRATIS carmen, quod CHRISTIAN. HOFMANNVS Poetarum Germanorum facile princeps Germanicis rythmis reddidit, prorſus mutatis quae rei non conueniebant expreſſit, quodque ille de SOCRATE dixit, in SERVETVM transtulit. Quo fraus iſta pateat omnibus, nec plures illa capiantur, iuuat vtrumque carmen & Gallicum & Germanicum apponere, (y) quod inter ſe conferendo vera eſſe, quae diximus, omnes ſentient.

Auctoris Anonymi αὐτόπτου Carmen Gallicum in conſtantiam SERVETI morituri, ex MSto a Cl. LA ROCHE editum in *Memoirs of Litterature* Vol. II. A. 1711. Menſe Mart. n. XI. p. 82-85.

MOy, qui dons la Cité des gehennes,
Viſitay Servet en priſon,
Et qui vids le bruslant tiſon
Achever ſes dernieres peines:
Je t' adjure par le Diſcours,
Dont il voulet finir ſes jours,
De le voir peinct das cet ouvrage,
Où j' ay faict auſſy peu d' effort,
Qu' en fiſt ce genereux courage,
Dans les atteintes de la mort.

Quelques Seigneurs picquez d' envie,
De le voir ſi bien raiſonnér,
Apprez l' avoir faict condamner,
Allongerent un peu ſa vie,
Afin que la mort euſt loiſir,
Auparavant que le faiſir,
De ſe peindre plus effroyable,
Et ſans ceſſe luy diſcourir
De ſon Arreſt impitoyable,
Pour le faire long temps mourir.

WAnn ich an Socrates gedencke/
Den ich gefangen heimgeſucht/
Als ſeine Pein kam in die Flucht
Durch der Athener Gifft Geträncke:
So ſchwer ich bey der Wörter Macht/
Damit er hat den Todt verlacht/
Ihn anzuſehen in meinem Wercke?
So nicht vielmehr Beſchwernis kent/
Als ſeines Geiſtes Wunderſtärke;
Nach dem der Todt auff ihn gerent.

Aus Neid der hochberühmten Sachen/
Davon er ſtets gehandelt hat/
So war gewiſſer Götter Rath/
Dem Leben noch was Friſt zu machen;
Auff daß der Todt auch eh'er ſchlägt/
Und ſeinen Leib zu Boden legt/
Ihn durch ſein Bildnis recht erſchrecke/
Und weil er ihm für Augen hält/
Das Urtheil ſo kein Bitten fält/
Ihm lange Sterbensangſt erwecke.

Et

(y) Chriſtian Hoffmann von Hoffmanswaldau teutſche Ueberſetzungen und Gedichte im ſterbenden Socrate p. 1. ſ.

Et cependant tres ardamment
Servet ſans nul eſtonnement
Attendant à ſortir de l' onde
Prioit la Createur du monde.
Dens ces importunes langueurs
En cor parmy les rigueurs
De la Juſtice inexorable,
Il m' eſtoit permis de le veoir,
Et d' un confort peu ſecourable,
Luy rendre mon dernier debvoir.

Quelques uns que les moeurs & l' aage
Attachoient à ſon amitié,
Par un meſme effort de pitié
Luy rendoient meſme teſmoignage:
Tous à l' object de ſon ennuy,
Eſtoient moins reſolus que luy;
Et conſolez par ſa parole,
Le voyant ſec parmy nos pleurs,
Comme moy venoient à l' eſchole,
De bien vivre dans les malheurs.

Tous les jours daus cét exercice
Il nous enſeignoit de mourir,
Sans perdre temps à diſcourir
Des cruaultez de la Juſtice.

Ala fin quand le juſte cours
De ſes incomporables jours
Fuſt achevé. &c. &c.

Le jour venu que la nature avare
Redemandoit une choſe ſi rare,
Sans eſpargner non plus ceſte belle-ame,
Que le plus ſot du populaire infame;
Nous revenons pour la derniere fois
A l' entretien d' une ſi docte voix.

Ce coeur divin ſe tint tousjours plus ferme,
Lors qu' il ſe veid plus proche de ſon terme,

In dem es trieb durch wilde Wellen/
Und weil es unter Delus ſtund/
So war dem Socrates vergunt
Nach wunſch ſein Ende zu beſtellen.
Unangeſehen den Verdruß/
Da faſt ein jeder fürchten muß/
Das ſtrenge Recht ſo nicht kan ſchweigen/
So war die Freyheit mir vergunt/
Bey ihm zu öffnen meinen Mund/
Und meine Wehmuth ihm zu zeigen.

Viel/ den der Grund der Zeit und Sinnen
Der Freundſchafft reiner Anfang war
Befunden ſich mit mir aldar/
Und wolten ihren Troſt beginnen?
Sie konten aber ber der Pein
Ihm gar nicht gleiche frölich ſeyn/
Sein Muth muſt ihren Muth vermahnen/
Und weil er unerſchrocken ſtund/
So lieſſen wir uns gerne lehren
Den Grieff zu führen gleichen Mund.

Die Lehre kont uns da nicht fehlen/
Wie man mit Ehren ſterben kan/
Es dachte keiner mehr daran/
Den Grimm des Urtheils zu erzehlen/
Als endlich nun der ſchnelle Lauff
Des engen Leben hörte auff/
Durch des Geſtirnes ſchaffe Gräntzen/
So ſchaute wer am Ufer ſtund
Die blancken Seegel wieder glántzen
Es fiel der Ancker in den Grund.

Als nun der Tag zum letzten ſelbſt war kommen/
Daß dieſer Schatz uns ſolte ſeyn benommen/
Und durch den Spruch/ den das Verhängniß macht/
Den Cerberus ſein Biſſen war gebracht
Den nicht vielmehr der ſchöne Geiſt bewegt/
Als etwan der ſo Thorheits-Flecken trägt/
So nahmen wir auch die Gelegenheit:
Erbaut zu ſeyn durch ſeine Freundligkeit

Sans que l' horreur de ſon treſpaſſ certain
Y fiſt paroiſtre un mouvement humain;
L' eſprit plus fort voyant ſa derniere heure,
Et qu' on le preſſe a changer de demeure.
Il falloit bien qu' une divine eſſence
Au grand Servet euſt donné la naiſſance:
Un ſens humain n' eſt jamais aſſez fort
Pour ſe reſoudre a ſouſtenir la mort.
Luy dans l' object de ſa fin toute proche,
D' un front de marbre, & d' une ame de roche.
Monſtroit de l' oeil, du geſte, & du propos,
Qu' il demeuroit dans un profond repos.
Et que pour veoir des pleurs a ſon martyre,
Il euſt fallu quelque choſe de pire:
Et ne ſouffriſt jamais dans la priſon,
Qu' un ſeul ſouſpir fiſt honte a ſa raiſon.

Den Heldenmuth nahm keine Furcht gefangen /
Wie nah' ihm auch das Ende kam gegangen /
Er ward auch nicht durch Todes-Angſt gerührt /
So uns gar leicht Witz und Verſtand entführt /
Drum hat gewiß der Engel reines Weſen
Den Socrates erzeuget und erleſen;
Denn unſer Sinn iſt wahrlich allzuſchlecht /
Und hört mit Angſt des Todes ſtrenges Recht /
Ihm aber war es leicht alhier zu weiſen /
Ein Hertz von Stein / und einen Mund von Eiſen /
Es zeiget uns Geſichte / Hand und Mund
Wie Geiſt und Sinn recht im Gewichte ſtund /
Und das man ihn weit höher muſte plagen
Der Thränen Bach den Wangen abzujagen;
Die Seufzer ſelbſt ſo alzu leicht entgehen /
Die muſſen ihm ſtets zu Gebote ſtehn /

Hic omiſſa ſunt quae PLATO de XANTIPPE narrat & ex eo Gallus Poeta SOCRATEM in carcere viſitante.

Puis il s' aſſit, & tout ſe repoſant,
D' un eſprit grave, & d' un diſcours puiſſant,
Avant ſe taire il nous fiſt prendre envie
De l' aller ſuyvre au ſortir de la vie.

Drauf ſatzt er ſich / es ruhte Geiſt und Hertz /
Sein gleicher Muth / ſein Reden voller Schertz /
Die wolten uns faſt eine Luſt erregen
Mit ihm zu gehn auf ſeinen bleichen Wegen.

Voyez, dict-il, comme au plus grand mal-heur,
La volupté ſuit de prez la douleur:
J' ay ce ſoulas, a cauſe de la chaiſne,
Et ce plaiſir a crauſe de ma peine.

Betrachtet doch wie keine Noth entſteht
Da nicht die Luſt bald auf den Schmertzen geht /
Die Lieblichkeit wächſt aus den ſchweren Banden /
Und dieſe Luſt iſt aus der Pein entſtanden.

Ineptiſſime haec ad SERVETVM transferuntur, quum verba ſint SOCRATIS, quae dixiſſe perhibetur a PLATONE, quum ſolutis catenis ex fricatione voluptatem caperet.

Je beni le Juge & la Loy:
Ceſte rigueur ne m' eſt point dure;
Et quiconque aura l' ame pure,
Aymera la mort comme moy.

Nicht glaube daß es mich betrübet/
Weil ich auf meine Reiſe muß/
Es ſcheuet nicht der leichte Fuß
Die Loſung ſo der Todt mir giebet.
Geſetz' und Richter bet ich an/
Und leid itzund wie ſichs gebühret/
Wer eine reine Seele führet/
Dem hat der Todt kein Leid gethan. (z)

Reliqua hinc & inde decerpta ſunt: quare Gallica tantum ea exhibeo.

Car je ſcay qu' esloignant la maſſe de la terre,
Ou tant d' adverſitez m' ont tous jours faict la guerre,
Je feray comme un Dieu:
Et que dans l' aultre monde
Je doibs trouver un lieu,
Ou pour le gens de bien tant de douceurs abonde,

La les fatales ordonnances
Donnent les joyes & les tourments,
Les bons prennent les recompenſes,
Et les mauvais les chaſtiments,

C' eſt pour quoy ſans aucun remords,
Viſitant le pais des morts,

Mon eſprit joyeux imagine
Qu' il eſt icy comme eſtranger,
Et qu' il va d' un lieu paſſager,
Vers le lieu de ſon origine,
Ou' nul ſans foy vraye & bonté,
Encore n' eſt jamais monté,

C' eſt ce grand palais de lumiere,
Ou noſtre parfaicte raiſon,
Doibt habiter une maiſon,
Plus heureuſe que la premiere.

A des felicitez ſi rares,
Se doibt donner tout noſtre ſoing
Car cette gloire de bien loing
Paſſe la pompe des Tiares.

Immodicus ergo hic SERVETI admirator hiantes coruos deluſit fabulamque cecinit, ſi SERVETVM, Hiſtoriam, ſi SOCRATEM ſpectes.

§. LIII.

Audita mortis horribili ſententia in carcerem reductus eſt, id quod ſatis ex illis patet quae iam narrabimus, SERVETVS. Ad ſe ipſum ibi quum rediiſſet miſer homo,

 exi-

(z) Hoffmanswaldau l. c. p. 24.

exitumque inſtare vitae reputaret, ſimul vero ſecum cogitaret, multis a ſe conuitiis IOH. CALVINVM laceratum eſſe, ſuum eſſe officium ratus eſt, duas ante mortem horas veniam ab eo petere. Itaque accerſi curauit hunc, qui duobus comitatus Senatoribus acceſſit, colloquiumque cum eo habuit, quod infra ipſius CALVINI verbis referimus. (a) Studuit in primis CALVINVS in viam poſtremo reuocare SERVETVM, quod ipſe narrat, verum nihil profecit. Vel ſolum hoc colloquium vt alia mittam docere videtur, qui ſubriſiſſe CALVINVM volunt, quum ad ſupplicium duceretur SERVETVS, (b) aut alia commiſiſſe viro graui

(a) Vid. CALVINI opuſcula p. 687. *Ac ne dubiis narrationibus lectores morer, tantum ſimpliciter referam, quod duabus ante mortem ſuam horis verum eſſe coram multis teſtibus confeſſus eſt. Quum meum colloquium petiiſſet, miſſi ſunt duo Senatores, qui me in carcerem deducerent. Quidnam vellet rogatus dixit, ſe veniam a me petere. Ego vero ingenue præfatus, me nunquam priuatas iniurias fuiſſe perſecutum, quanta potui manſuetudine admonui: iam me ante annos ſexdecim, non ſine praeſenti vitae diſcrimine obtuliſſe meam operam ad eum ſanandum, nec per me ſletiſſe, quominus reſipiſcenti manum pii omnes porrigerent. Deinde litteris privatis cum ipſo placide egiſſe, nec ullum captaſſe oſtentationem. Denique nullum a me benevolentiae officium fuiſſe praetermiſſum, donec liberis meis obiurgationibus magis exacerbatus rabiem magis quam bilem effudit. Verum ſe monem de me abſcindens, rogavi ut veniam potius ab aeterno Deo petendam ſibi cogitaret, in quem nimis atrociter cuntumelioſus fuerat, tres hypoſtaſeis ex eius eſſentia delere tentans: ac Cerberum tricipitem vocans, ſi realis inter Patrem & Filium eius & Spiritum diſtinctio ſtatueretur. Filium Dei ſibi placare in animum induceret, quem foede ſuis commentis deformans, & negans in ea carne quam induit nobis ſimilem, ademto fraternae coniunctionis vinculo unicum redemtorem abnegauerat. Quum monendo & hortando nihil proficerem, nolui ſupra magiſtri regulam, ſapere. Nam ab haeretico homine, qui αὐτοκατάκριτος peccabat, ſecundum Pauli præceptum diſceſſi.*

(b) Hiſtoria MSta SERVETI: *Sunt qui affirmant*, CALVINVM, *cum vidiſſet*

graui & Chriſtiano indigna ad animi laetitiam ob hoſtis mortem declarandam, incertis rumoribus plus iuſto fidem habuiſſe.

§. LIV.

Venerat tum temporis neſcio qua de cauſſa Geneuam GVIL. FARELLVS, celeberrimus Nouocomenſium Paſtor & amicus CALVINI. Is electus eſt, qui ad mortem comitaretur SERVETVM. Prudenter id ſine dubio propterea factum, quoniam Geneuenſes ſacrorum miniſtri accuſatores SERVETI fuerant, quorum conſpectum vix homo ferre potuiſſet. Comite ergo FARELLO in locum quendam eductus eſt extra urbem, *Champel* ſive *Champey* dictum (c) ibique a carnifice flammis exuſtus, libro eius, quem *Reſtitutionem Chriſtianiſmi* inſcripſit, femori eius alligato. (d) Quae de ipſo eius exitu ſupremisque horis reliqua narrantur, non aeque certa ſunt omnia. Nos, quae innotuerunt nobis, referemus, & ſimul ſub examen vocabimus. Nec enim diffitemur multa ad inuidiam CALVINO conflandam ab inimicis eius conficta eſſe. Inter eundum ad ſupplicii locum exclamaſſe dicitur perpetuo: *O Deus ſerua animam meam. O Jeſu fili Dei aeterni miſerere mei!* (e) Quod quidem facile creditu eſt. Quum in conſpectum rogi veniſſet,

vidiſſet ad ſupplicium duci SERVETVM *ſubriſiſſe vultu ſub ſinu veſtis leviter deiecto. Haec res multos pios turbauit, atque ſcandalum ſcandalorum peperit, quod vix unquam obliterare videretur.* Idem narrat ex dialogis inter Vaticanum & Calvinum IO. VYTENBOGARDVS *Kerkelike Hiſtorie* l. c. p. 75. & ex eo GODOER. ARNOLDVS *in Haereſiologia P. I. Sect. II. §. XLIII. p.* 443.

(c) Locum hunc viſitauit cum Geneuae verſaretur celeb. MICH. DE LA ROCHE vide eius *Memoirs of litteraturs* vol. II. p. 85.

(d) Hiſtoria MS. SERVETI. GERH. a MASTICHT in PLACCII Theatro annon. & pſeudon. cap. II. n. 674. p. 63. alii SANDIVS Biblioth. Anti-Trinit. p. 8.

(e) Hiſtoria MS. SERVETI SANDII Biblioth. Anti-Trinit. p. 7. VYTENBOGARDVS *Kerkelyke Hiſtorie* l. c. p. 75. a.

niſſet, ſupplex procumbebat, precesque ad Deum fundebat per tempus aliquod. Dum ita pronus iaceret, FARELLVS populum, qui ingenti confluxerat numero, his verbis compellabat: *Videte quantas vires habeat Satan, cum aliquem poſſidet. Hic homo doctus eſt, quod idem vobis accidere poſſit.* (f) Summam credo haec verba eſſe longioris orationis quam ad populum FARELLVS, vir diſertus & eloquens, ex more habuit. Ceterum obſeſſionem eum Satanae ſpiritualem intellexiſſe, quam ex hominis in haereſi defendenda contumacia patere exiſtimabat credibile eſt.

§. LV.

A precibus quum ſurrexiſſet infelix homo, FARELLVS adhortabatur eum, ut ad populum verba quaedam faceret. Suſpicor ſperaſſe FARELLVM, ut retractaret homo ſententiam, atque veniam erroris peteret. Ille vero plane conturbatus, nihil aliud, quam gemens & imo ex pectore ſuſpiria ducens, o Deus! o Deus! exclamabat. Inſtabat tamen FARELLVS, numque nihil haberet aliud, quod diceret, rogabat. Cui ille, conſilium haud dubie FARELLI prae animi dolore non perſpiciens, *Quid*, inquit, *aliud loqui poſſum, quam de Deo?* Pergebat FARELLVS quaerebatque, num uxorem & liberos haberet, quorum cauſſa teſtamentum condere vellet; Sed ad haec nihil reus reſpondit. (g) Ignorabat ſcilicet FARELLVS, quid in iudicio actum eſſet, in quo profeſſus erat SERVETVS, non licuiſſe ſibi per corporis miſerum habitum uxorem ducere. Ignorabat etiam inopiam hominis, cui Geneuam venienti erepta

(f) Hiſtoria MS. VYTENBOGARDVS & alii. VYTENBOGARDVS ex Dialogis inter Vatic. & Calvinum ita refert haec verba: *Ghy ſiet Mannen, hoe groote kracht de Duyvel heft als hy yemandt beſit. Dit is en ſeer geleert Mann; ende heeft mogelyck gemeynt wel te doen, maer nu wordt hy beſeten van den Duyvel, 't ſelve konde u luyeen oock gebeuren.* Quae idcirco adiicio, quoniam pauca quaedam alia ſunt adiecta.

(g) Teſtes ſunt iidem.

pta erant, quae habuerat, ceteris bonis, quae in Gallia reliquerat, fiſco regio addictis. Alioquin hac ei quaeſtione non moleſtus fuiſſet. Poſt haec, quod unius IO. CALVINI conſtat teſtimonio, FARELLVS ut populi preces efflagitaret, eum monuit, idque *aegre*, quae CALVINI vox eſt, *ab eo extorſit.* (h) CALVINVS id ſignum *belluinae ſtupiditatis* interpretatur, at ſimul factum ipſum exagitat. (i) Sed neſcio, an quae homo tam horribile ſupplicium expectans atque rogo proximus vel admittit, vel omittit in flagitia ſtatim & crimina conuertere per aequitatem liceat. Quanta enim eius ſit neceſſe eſt conturbatio, cui carnifex & flammae imminent! FARELLVS interea copioſius hoc precum officium a populo exigebat, (k) ſubindeque etiam hortebatur SERVETVM, ut aeternum Dei filium invocaret. Id autem pertinaciter renuebat: Sed nec tamen quidquam ad doctrinam ſuam defendendam proferebat, verum ad ſupplicium ſeſe duci ſinebat. Hoc ipſum ſilentium CALVINVS grauiter fert, ac in inudiae trahit argumentum. (l) Sed

(h) CALVINVS *Refut. error.* SERVETI p. 704. *Ubi ad locum ſupplicii ventum eſt, hortatu optimi fratris ſymniſtaeque noſtri* FARELLI *tandem aegre extorta ei vox fuit, ut populus communes ſecum preces conciperet.*

(i) l. c. p. 704. *Porro qua id conſcientia ſibi facere permiſerit, non video. Scripſerat enim manu ſua, fidem hic diabolicam regnare, nullam nobis eſſe Eccleſiam, nullum Deum, quia infantes bvptizando, Chriſtum abnegaremus. Quomodo igitur ſe in precibus ſocium populo adiunxit, cuius fugienda erat communio? Annon profanatio eſt ſacrare unitatis, communem Deum & fidem cum impio & profano coetu profiteri?*

(k) CALVINVS l. c. *Ac pro eo quidem ut ſupplicaretur, hortatus eſt* FARELLVS, *ſed nominatim ut Dominus perditi alias hominis miſertus, ab execrandis eum erroribus, ad ſanam mentem reduceret. Ipſe interea, quanquam nullum reſipiſcentiae ſignum dedit, pro ſuorum tamen dogmatum defenſione ne verbum quidem facere conatus eſt.*

(l) CALVINVS l. c. *Quid ſibi quaeſo hoc vult, quod iam ſub manu carnificis*

Sed ut varia ſunt hominum iudicia, magni animi & pati entis fortaſſis alii hoc ſignum eſſe dicent, alii ſpecimen mentis emotae nec ſui compotis.

§. LVI.

Strues lignorum erat ex faſciculis quernis viridibus, adhuc frondoſis admixtis lignis taleis. *Impoſitus eſt* SERVETVS *trunco ad terram poſito, pedibus ad terram pertingentibus, capiti impoſita eſt corona ſtraminea, vel frondea & ea ſulphure conſperſa, corpus palo alligatum ferrea catena, collum autem tunc fune craſſo quadruplici aut quintuplici laxo: liber femori alligatus; ipſe carnificem rogauit, ne ſe diu torqueret. Interea carnifex ignem in eius conſpectum, & deinde in orbem admouit. Homo viſo igne ita horrendum exclamauit, vt vniuerſum populum perterrefecerit, cum diu langueret, fuerunt ex populo, qui faſciculos confertim coniecerunt. Ipſe horrenda voce clamans; Jeſu fili Dei aeterni miſerere mei. Poſt dimidiae circiter horae cruciatum expirauit.* Haec verba ſunt Hiſtoriae manu exaratae SERVETI, quorum nonnulla quoque SANDIVS habet. (m) Non exiſtimo, aliquid eorum in dubium vocari poſſe, eo quod nonnulla contineant SERVETO non nimis honorifica, & ab eius tamen amico profecta ſint. Lento eum igne combuſtum fuiſſe MINVS etiam CELSVS Senenſis (n) αὐτοπτης fortaſſis teſtis, HIER. BOLSECVS

---

carnificis poſitus, quum aeternum Dei filium inuocare pertinacer renueret, non breuiter ſaltem (quod liberum erat) excuſauerit? Quisnas mortem hanc martyris eſſe dicet, doctrinam, pro qua certandum erat, non modo omni patrocinio deſtitutam relinquere, ſed voluntario ſilentio tenere ſuppreſſam? nemo enim a loquendi ipſum libertate prohibuit.

(m) SANDII Biblioth. Anti-Trinit. p. 8. ita & VYTENAOGARDVS & alii.

(n) Rariſſimo libro cuius verus auctor incertus, hic vero index: De Haereticis, an ſint perſequendi, & omnino quomodo ſit cum eis agendum, multorum tum

CVS (o) & alii, & in mediis flammis Chriſtum inuocaſſe SEB. CASTALIO (p) aequalis pariter illorum temporum, alii item ſcriptum reliquerunt. Ceterum conſilio ad minime factum arbitror, vt tam diu torqueretur, quemadmodum multi, qui CALVINVM odio habent, interpretantur. PETRVS enim HYPERPHROGENVS, amicus SERVETI, diſerte teſtatur, *eum emori non potuiſſe, vehementiore vento ſuborto, eoque flamma depulſa, deficientibus poſtremo lignis.* (q) Sed quod idem addit, eum *duas, tresque horas in igne circum curſitaſſe, poſtremo eiulare & exclamare coepiſſe; Heu me miſerum, qui vitam hoc rogo finire nequeo! Anne ducenti coronati aurei mihi capto abrepti & non exuſti lege reclamante, torquisque aureurs de collo dependens, ſufficiebant, quibus affatim lignorum coemi, & huc congeri potuiſſet, mihi miſerando conſumendo?* id verum eſſe non arbitror. Nam ut taceam, orationem hanc ad

tum veterum tum recentiorum ſententiae. Sect. III. fol. 138. b. Quum lex ipſa Moſaica ſontes eiusmodi tantum lapidibus caedat - - unde haereticum vivum lento igne torrere didicerint: Supplicium ſane, quod ne Scytha quidem, Tartarus aut Anthropophagus ſiccis oculis mente concipere, nedum ſtatuere aut cernere valeat.

(o) Vid. IO. CALVINI cap. 10. p. 10.

(p) Hunc enim auctorem ſuſpicior ex ſtilo praefationis eſſe quae praemiſſa eſt celebri ſatis libello tum temporis edita, & cura IOACH. CLVTENII Argent. A. MDCX. recuſo in 8. Verba haec ſunt p. 26. *Quis velit ſeruire Chriſto ea conditione, vt ſi in aliqua re, inter tot controuerſias, ab iis diſſideat, qui habent in alios poteſtatem, viuus comburatur ipſius Chriſti iuſſu crudelius, quam in tauro Phalaridis, etiamſi in mediis flammis Chriſtum magna voce concelebret, & ſe in eum pleno ore credere vociferetur.*;

(q) Apud SANDIVM Biblioth. Anti-Trinit. p. 8. Non eſſe HYPERPHROGENO fidem ſtatim habendam vel ex eo apparet, quod FARELLVM Eccleſiae Geneuenſis Seniorem, & CALVINI vicarium nominat, quod plane falſum eſt.

ad invidiam Genevenſibus conflandam nimis aperte confi-ctam videri, non tam diu eum excruciatum eſſe vel illorum, quos produxi, teſtimonio conſtat, qui ob hancce infelicis hominis mortem CALVINO peſſime cupiunt. Nequid de miſericordia dicam populi; quae vix patitur tam longis cruciatibus vel facinoroſiſſimos, ſi quidem impedire queat, enecari.

§. LVII.

Conſtantiam hominis in mediis flammis multos excitaſſe, ut in eius ſententias tranſirent, MINVS CELSVS SENENSIS narrat. (r) Atque hoc ita ſeſe habere cum temporum teſtatur hiſtoria, tum ipſemet CALVINVS, qui multus in eo eſt, ut oſtendat non ita ſeſe geſſiſſe, quum moreretur, vt martyris nomine, quo plurimos eum honeſtare dolet, dignus ſit. (s) Italos vero eosque non paucos memoriam ejus caram & ſanctam habere, conqueritur. (t) Itaque quod THEOD. BEZA, (u) quod HENR. BVLLINGERVS, (w) quod IO. CALVINVS, (x) quod IAC. SPONIVS (y) multique alii perhibent, ſine ullo eum *poenitentiae ſigno magnoque tantum cum terrore* obiiſſe memorat, id cave ſic accipias, acſi nec veniam peccatorum a Deo petere, nec miſericordiam eius implorare voluerit, aut delicta confiteri. Vox enim *poenitentia* nihil hic ſignificat, quam *palinodia* ſeu *retra-*

(r) Verba, quae adſcribam, digna ſunt ex libro laudato Sect. II. fol. 109. a. *Neque vero eſt hic ſilentio praetereundum huius rei illuſtre exemplum. Nam ſuperioribus annis, ad haeretici cuiusdam in flammis conſtantiam, vt ex fide dignis accepi, plures ex aſtantibus ſanae doctrinae viri non poſſe id ſine Dei ſpiritu fieri perſuaſum habentes, ac propterea haereticum martyrem eſſe plane credentes, eius haereſin pro veritate amplexi in fide naufragium fecerunt.*

(s) Breui refut. error. SERVETI in opuscul. p. 703. 704.

(t) Ibid. p. 687.

(u) In vita CALVINI Epp. praemiſſa ad A. MDLII.

(w) Libro German. aliquot ſupra laudato.

(x) loc. cit. p. 704.

retractatio, idque hi tantum dicere volunt, noluiſſe eum errores dimittere, & a ſententiis, quas tuitus erat, recedere. Sic vixit, ſic obiit SERVETVS, homo, ſi ingenium & doctrinam ſpectes, certe magnus, ut illa erant tempora, ſi religionem portentoſus. Combuſtus vero eſt MDLIII. d. XXVII. Octobris.

§. LVIII.

Fallunt igitur atque falluntur omnes illi, qui alium diem poenae, vel XVII. cum SETHO CALVISIO; (z) vel XXIII. cum GREGORIO LETI ſubſtituunt. (a) Neque audiendi ſunt, qui cum Theologis Mansfeldenſibus alium annum ponunt ſcil. LIV. (b) aut qui IOH. COCHLAEVM (c) LAVRENTIVM SVRIVM (d) ROBERTVM BELLARMINVM (e) PAVLVM SARPIVM (f) CONRADVM SCHLVSSELBVRGIVM (g) & ex eo CASP. CALVOERIVM (h) ſequuntur, poenamque ad annum LV. referunt; aut cum PAVLO STOCKMANNO (i) annum LXII. ponunt. Nullus ineptius de SERVETI morte eiusque tempore ſcripſit, quam IEREMIAS COLLIER (i) aſſerens: SERVETVM *in Anglia juſſu* HENRICI VIII. *anno MDXXXVIII.* cre-

(y) Hiſtoire de Geneve lib. III. p. 275. ſcribens: *il fut brusle tout vif, ſans montrer aucun ſigne de repentance, mais ſeulement une grande frayeur de la mort.*

(z) *in Chronologia.*

(a) in *Hiſtoria Geneuenſi* Part. III. Lib. II. p. 94.

(b) Vid. SCHLVSSELBVRGIVS l. c. p. 121.

(c) De *Actis* LVTHERI ad annum XXXII.

(d) in *Hiſtoria huius anni.*

(e) in *praefatione controv. de Chriſto* p. 8. cf. ven. IOH. FABRICII *Hiſt. Bibl. Fabr.* Part. II. p. 108.

(f) in *Hiſtoria Concilii Tridentini* ad annum MDLV. Lib. V. p. 661. edit. Lipſ. 1699. in 4.

(g) in *Catalogo Haereticorum* Lib. XI. p. 12.

(h) in Tractatu de *variis orbium religionibus* p. 447. Hic, quod mireris in margine BVCHOLZERI *Indicem chronologicum* ad annum MDLIII. d. 24. Oct. citauit & tamen cum SCHLVSSELBVRGIO ſuo errare quam cum aliis ſapere maluit.

(i) in *Elucidario haereſ.* p. 570.

(i) In *Hiſtor. Magnae Britanniae.*

crematum fuiſſe. Duplicem ſane hic errorem committit, primum enim nunquam, quantum liquet, in Anglia fuit, deinde falſiſſimum eſt, eum anno MDXXXIIX. crematum fuiſſe, contrarium enim ex tota SERVETI hiſtoria patet. Rectius autem nos ſtatuimus, noſtramque ſententiam ex ipſo CALVINO probamus. Is enim die XXV. Octobris ad BVLLIGERVM ſcripſit: *quantum coniecturis aſſequor, cras feretur in curia iudicium, & perendie ad ſupplicium ducetur* (k) & die XXVI. ad FARELLVM (l) ait: *ſine controverſia damnatus eſt & cras ad ſupplicium ducetur.* Conſentit THEOD BEZA (m) *XXVII. Octobris*, inquiens, *infelix* SERVETVS *vivus cremabatur.* Imo & FAVSTVS SOCINVS (n) hac in in parte recte credidit, dum SERVETVM anno LIII. interiiſſe affirmat. Et quid pluribus teſtimoniis opus eſt? quum quilibet hujus rei falſitatem vel ex eo cognoſcere poſſit, quod CALVINVS iam anno LIV. ſupplicii Servetiani cauſam reddiderit.

§. LIX.

Cineribus vento commiſſis infeliciſſimi hominis nec ponere potuit epitaphium aliquis, nec etiam voluit. At tria tamen extant Epigrammata, quae in mortem SERVETI viri luſerunt doctiſſimi. Iuuat illa ſubiicere. Vnum F. HEINRICVS neſcio quis A. MDCXLVI. compoſuit & exemplo ſuo libroru SERVETI de Trinitate adſcripſit.

SERVETVS ſeruus ſeruorum dicier atque
Meretur eſſe Chanaan.
Peior & hoc ipſo, quoniam prior ille verenda
Detecta Patris riſerat.

Hic

(k) Vid. *Epp. & Reſp.* CALVINI Epp. CLXII. p. 305.

(l) Ibid. p. 304.

(m) In vita CALVINI p. 21.

(n) In *Reſponſione ad libellum* WVIECKI *de diuinitate Filii Dei & Spiritus S.* cap. II. p. 38. 39.

Hic vero ſanctae Matris deridet honorem
Pectusque lactis mellei.
De generante Deo carnis hic blaſphema loquetur
Nec ignis os conſumeret?
SERVETVS quamuis, tamen haud SERVATVS is ipſe,
Dicendus eſt trifurcifer.

Exemplum librorum SERVETI, cui decaſtichon hoc inſcriptum eſt, olim fuit in Bibliotheca ERICI MAVRITII, poſtea A. 1694. Auctionis lege ad virum ſummum, IO. ALB. FABRICIVM, pervenit. Ab hoc vero illud magni viri, GILB. BVRNETI, filius accepit, qui tum Hamburgi verſabatur. (o) Alterum a N. CHEWNEIO, Anglo, profectum eſt. (p)

Ignibus errorum eccleſiam vaſtaſſe triumphas
SERVETE? *ex meritis ignibus ipſe peris.*

Tertium B. IO. CVNRADI ZELTNERI eſt. (q)

Me miſerum nuper combuſſit lucida flama
Accenſoque rogo turpiter interii.
Vox erat infragilis, ſic pectus firmius aere
Impia defendi, fasve piumve mihi.
SERVETVS *num* SERVATVS? *non quaere viator*
An SERVATOREM *qui negat aſtra petat?*

§. LX.

Ex hac facile intelligitur extremi, quo affectus eſt SERVETVS, ſupplicii hiſtoria, quantam fidem adiungere STANISL. LVBIENIECIO liceat, qui longam orationem affert, quam SERVETVM antequam combureretur, recitaſſe perhibet. (r) Eodem nimirum loco habenda eſt hæc oratio,

 quo

(o) Vid. epiſtola IO. ALB. FABRICII ad IO. LAVR. MOSHEMIVM d. x. Kal. Febr. MDCCXVII.

(p) Libro, qui inſcribitur: Anti-Socinianism and Αἱρεσιαρχαι or a Dage of unclean Birds Lond. 1656. 4. in quo & breuis occurrit SERVETI vita.

(q) Centuria Corrector. erud. p. 505.

(r) Hiſtoria Reformationis Poloniae lib. II. c. V. p. 99-105.

quo carmen, quod antea exhibuimus. Homo ſine dubio quidam, qui ſuas ſuppeditare voluit SERVETO ſententias, totam continxit. Nam & SERVETVM conſtat in conſpectu rogi conſtitutum aut nihil, aut pauca ſaltim locutum eſſe, & doctrina ſermonis huius non eſt illi conſentanea, quam in reliquis SERVETI libris reperias. Iuvat, quum LVBIENIECII liber perrarus ſit, totam orationem apponere, quo melius iudicium de ea ferri queat.

MICH. SERVETI *de vera Dei & filii ejus cognitione ſermo, antequam Genevæ combureretur. Ex* STANISL. LVBIENIECII *Hiſtoria Reform. Polonicæ Lib. II. c. V. p.* 98-105. *qui ex Autographo deſumſit.*

QVi tres ſubſtantiales perſonas ſeu hypoſtaſes in Divinis ſtatuunt, tres æquales per naturam Deos nobis inſinuant. Tres enim res ſubſtantiales diſtinctas & differentes nobis proponunt, & unamquamque illarum rerum (ſeu ut vocant) Hypoſtaſium, Deum eſſe volunt. Inde neceſſario tres Deos æquales & diſtinctos faciunt. Cum enim perſonæ ſeu hypoſteſes illæ re & numero differentes ſingulatim de Deo prædicentur: Neceſſario ſequitur tot eſſe prædicata quot ſubiecta, & juxta numerum perſonarum deorum quoque numerum multiplicari. Et licet unum tantum Deum nobis verbis prædicent, in effectu tamen & re ipſa, tres nobis Deos in intellectu repræſentant. Nullus eſt enim intellectus tam acutus & ſincerus, qui non videat tria ſibi colenda proponi. Quomodo autem illa tria, quorum unumquodque Deus eſt, unum Deum numero eſſe intelligat, nemo unquam dicere potuit, vel docere. Relinquitur ergo & in ſpiritu & in intellectu inſolubilis illa perplexitas & confuſio inexplicabilis, quod tria ſunt unum, & unum ſunt tria. Quamvis enim ad unum Deum totus intellectus intendat, & dirigatur, unumque ſibi Deum in

ſpiritu

ſpiritu colendum proponat, & ſe ad unitatem tota acie colligat, confeſtim tamen tria diſtincta objecta ſe offerunt, & ante mentis oculos obverſantur, quorum unumquodque Deum eſſe cognoſcit, & ſic tres in effectu Deos æquales & diſtinctos ſibi repræſentari videns, inter unum & tria confuſus ſuccumbit, & hic eſt exitus illius Græcanicæ Triadis ſeu tripliciatis. Quod ſi revoluto velo ad Sacræ Sanctæ Scripturæ verbum velut ad lydium lapidem rem omnem exploremus, & juxta ipſius Dei eloquia, veram de Deo cognitionem exquiramus, ceſſabit dubio procul omnis confuſio & perplexitas: & nil in ſe repugnans intellectus noſter admittere compelletur. Primum itaque ſciendum eſt, Deum nomen eſſe appellativum, omnis potentiæ, Dominii, & ſuperioritatis & proprie illi convenit, qui ſuper omnes eſt, qui eſt omnium Princeps, Rex Regum & Dominus Dominantium, a quo omnia ſunt & dependent, qui eſt ſolus Pater omnium ac Creator. Minus autem proprie ſumptum, etiam creaturis convenire poteſt ut quicunque habet poteſtatem & ſuperioritatem, Divinitus ſibi conceſſam ſuper aliquem, hic Deus illius dici poſſit, velut Moſes dictus eſt Exod: 7. 1. Deus Pharaonis. *Et Cyrus Eſaiæ* 4. 5. 3. Deus Iſraelis. *& ſi liceat exempli tantum gratia profana ſacris adjungere,* AVGVSTVS *Cæſar, Deus Virgilii & Lentulus Deus Ciceronis, quia fuit Author reſtitutionis ſuæ. Et hac ratione ſcriptura appellat Deos, quos ſummus & aeternus Deus aliqua gratia, virtute & privilegio ſupra alios decoravit & ſublimavit. Unde Pſalmiſta Pſ.* 82. 6. Ego dixi dii eſtis & filii excelſi omnes. *Ex Exod.* 22. 28. Dominus Domus ad Deos applicabitur & ad Deos utriusque cauſa perveniet. *Ii autem non natura* Dii *ſunt, ſed per gratiam, & donum ſummi* Dei. *Ideoque nunquam eo deitatis nomine appellantur quod ſoli ſupremo* Deo *convenit. Nam tales dii &* Domini *apud Hebræos, quibus hæc nomina*

mina divinitatis proprie diſtinguuntur, Elohim, vel Adonai nuncupantur, neque unquam proprio & ſingulari nomine, quod eſt Iehova, deſignantur, licet dominum. (Hic aliquid deeſt in Autographo, ex quo hæc deſumſi) *Et ideo Paulus ubique initio ſuarum epiſtolarum ſic præfatur: Gratia & Pax a* Deo *Patre noſtro &* Domino *noſtro Ieſu Chriſto. Cæterum tres æquales* Deos *per naturam conſtituere, ſumma blasphemia eſt & impietas execrabilis, oportet enim ad vnum omnia referri, nempe ad eum, qui omnium author eſt, & omnia pro ſua voluntate creavit. Ille enim ſolus per naturam a ſeipſo Deus eſt, cœteri vero quicunque a ſe ipſis* Dii *non ſunt, rationem* Deitatis *ab illo vno* Deo *Patre accipiunt & agnoſcunt, & dii de* Deo *dicuntur. Poteſt enim ſummus ille & princeps* Deus *creaturas ſanctificare & divinitate replere. Tres autem* Deos *per naturam æquales nullo modo conſtituere poſſumus: alioqui & tres rerum conditores, ſeu Pantocratores & tres Patres neceſſario conſtituere oporteret. Soli enim Patri, qui a ſe ipſo* Deus *eſt, & qui omnia condidit,* Dei *nomen ſimpliciter convenit & is ſolus ſimpliciter & abſolute* Deus *appellatur. Jam ergo ex prædictis facile deduci poteſt, quomodo* Dominus *noſter Jeſus Chriſtus verus* Dei *filius etiam* Deus *dicatur. Nam ſuæ deitatis ratio a* Deo *Patre ſuſcipitur, & verus* Deus *de vero* Deo *nuncupatur,* Deus *quidem omnium creaturarum, non autem* Deus *Patris, qui ei cuncta ſubjecit. Quin imo Pater ipſe qui ſolus per naturam a ſeipſo* Deus *& etiam ipſe filii* Dominus *&* Deus *eſt, dicente filio Joh.* 14, 28. Vado ad Patrem, qui maior me eſt. *Joan.* 20, 17. Vado ad Patrem meum & Patrem veſtrum, ad Deum meum, & ad Deum veſtrum. *Matth.* 27, 46. Deus meus quare dereliquiſti me. *Apoc.* 3, 13. Scribam ſuper illum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei. *Nec convenit hic eorum interpretatio qui dicunt hic filium loquutum, ut homi-*

hominem, non ut Deum. *Quibus reſpondetur, quod ratio* Deitatis, *quæ eſt in filio, etiam ut homini convenit, eſt enim filius homo* Deificatus, *ſeu divinitate repletus, ideo non tollitur Patris ſuperioritas in ipſum filium. Quanquam enim filius factus eſt nobis a Patre* Dominus *&* Deus *& caput noſtrum: Attamen Pater &* Dominus *&* Deus *& caput ipſius filii eſt.* 1. *Cor.* 11, 3. Et filius patri ſubiectus eſt. 1. *Cor.* 15, 28 Et paternae domus Oeconomus atque adminiſtrator. *Hebr.* 3, 8. Itaque filius ut Deus noſter & caput noſtrum deitatem ac ſuperioritatem Patris in ſe ipſum recognovit. *Inde Propheta hanc duplicem* Deitatis *rationem Patris & filii diſerte explicare dixit, ad filium Pſ.* 45, 3.7.8. Specioſus forma præ filiis hominum diffuſa eſt gratia in labiis tuis propterea quod Sedes tua, Deus, in ſeculum ſeculi, virga directionis, virga regni tui diluiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea quod unxit Te Deus. Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. *Ecce quomodo* David *in ſpiritu vocat filium* Deum, *& Patrem* Deum *filii. Nam* ſedes tua, Deus & unxit te Deus *vocativi caſus ſunt, & ad filium referuntur. Dum poſtea ſubiungit* Deus tuus *de* Deo *Patre loquitur, qui filium unxit & ſanctificavit. Similiter ſapientia, quæ Dei filium repræſentat, ſic exclamat Eccleſ.* 24, 16. Et radicavi in populo honorificato & in partes Dei mei hereditas illius. *Proinde jam luce clarius liquere puto unicuique ſcripturis adhærere volenti, filium eſſe Deum a Patre, & tanquam* Deum *a Patre omnibus conſtitutum, deitatem ac ſuperioritatem Patris in ſe recognoſcere, licet apud Græcos & Latinos hæc divinorum nominum diſtinctio non inveniatur et omnes uno communi* Dei *nomine appellentur. Unus igitur per naturam* Deus *a ſe ipſo, æternus, ſummus, ſupremus, immortalis, inviſibilis, incomprehenſibilis, lucem habitans inacceſſam, qui omnia condidit, omnia gubernat, a quo omnia*

 ſunt,

ſunt, & dependent. Hic eſt ille Deus *Deorum*, *Rex Regum &* Dominus *Dominantium*, *Iova Pater*, *quem ſolum Scriptura ſimpliciter & abſolute*, Deum *& Patrem appellat. Patrem quidem omnium univerſalem*, *proprie vero & ſingulariter* Domini Dei *noſtri Ieſu Chriſti*, *quod & diſerte explicat Paulus dicendo* 1. *Cor.* 8. 5. Nam etſi ſunt, qui dicantur Dii, ſive in caelo, ſive in terra (quem admodum ſunt Dii multi & Domini multi) 6. Nobis tamen eſt unus Deus ille Pater a quo omnia & nos in ipſo & unus Dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia & nos per ipſum. *Unde palam hoc fit nomine* Deitatis *etiam creaturas decorari*, *per gratiam tamen & conceſſionem unius ſupremi* Dei, *qui eſt* Deus *Deorum Princeps* & pater omnium ſupra omnia per omnia & in omnibus *Eph.* 4. 6. *in quem veluti unicum*, *ſummum*, *& naturalem a ſe ipſo* Deum, *cæteri omnes referuntur eique ſubjiciuntur & obediunt*: *& hæc* D*eorum inferiorum pluralitas*, *nullam affert confuſionem neque divinæ unitati præjudicat*, *cum omnis creatura laudet* D*eum creatorem et illum ſolum velut ſummum et ſupremum* D*eum reſpiciat et ſuſpiret*, *ſolum colat et adoret*, *de quo univerſa Scriptura teſtatur*, *quod* non ſit aliusDeus præter illum. *Deut.* 6. 4. Audi Iſrael Dominus Deus tuus Deus unus eſt *Et Deut.* 10. 17. Iehovah Deus magnus potens & terribilis, qui non accipit perſonam neque reſpicit munus. *Et Pſ.* 50. 1. Deus Deorum locutus eſt. *Et Paulus ad Gal.* 4. 8. imo tum quidem quum ignoraveritis Deum, ſerviebatis iis qui non natura ſunt Dii. 9. At nunc quum agnoſcatis Deum quomodo convertimini retrorſum ad impotentia & egena. 1. *ad Timoth.* 6. 15. Quem temporibus ſuis oſtendet ille beatus & *ſolus Princeps*, Rex Regnum & Dominus Dominorum 16. Qui ſolus habet immortalitatem, lucem habitans inacceſſam, quem vidit nemo hominum, neque videre poteſt. 1. *Theſſ.* 1. 9. ut ſerviretis Deo vero & viuo

10. Et expectaretis filium eius e cælis quem ſuſcitauit a mortuis Ieſum 1. *Tim.* 1. 17. Regi æterno, immortali, inviſibili, ſoli ſapienti Deo honor ſit, & gloria in ſecula ſeculorum Amen. 1. *Tim.* 2. 5. unus Deus unus etiam mediator Dei & hominum Homo Chriſtus Ieſus. 6. Qui ſeipſum dedit in redemtionis precium pro quibusvis. 1. *Tim.* 6. 13. Præcipio tibi coram Deo qui viuificat omnia, & Ieſu Chriſto qui teſtatam fecit coram Pontio Pilato bonam profeſſionem. *Tit.* 2. 11. Illuxit enim gratia Dei illa ſalutifera omnibus hominibus, erudiens nos ut abnegata impietate & mundanis cupiditatibus, moderate, & pie & juſte vivamus in præſenti ſeculo. 13. Expectantes beatam illam ſpem & illuſtrem adventum gloriæ magni illius Dei, ac ſervatoris noſtri Ieſu Chriſti. 14 Qui dedit ſemet ipſum pro nobis ut redimeret nos ab omni iniquitate. &c.

Vide igitur quomodo ſcripturæ inter Deum *&* Dei *filium ſemper diſtinguere ſoleant: & ſi diligenter inſpicias, videbis ſcripturam ſemper, tribus vel quatuor locis exceptis, ſimpliciter & abſolute appellare Patrem* Deum *& Ieſum ejus Chriſtum ac filium. Differt tamen filii divinitas ab aliis diis. Quare* Deus Pater *alios deificavit & ſanctificavit ad menſuram, veluti filios adoptivos, & ideo Moſes & Cyrus particulares dii fuerunt Pharaonis & Iſraelis, Chriſtum vero, ut proprium filium, benedictum* Deus *ſine menſura ſanctificavit & totum ſpiritu ſuo S. atque omni divinitate replevit, de cujus plenitudine, nos omnes accepimus. Nec prædictis adverſatur, quod filius deitate, potentia & gloria Patri adæquatus ſit, quoniam omnis deitas gloria & æqualitas filii a* Deo *Patre eſt, & tanquam donum Patris a filio recognoſcitur, dum inquit Math.* 28. Donata eſt mihi omnis poteſtas in caelo & in terra. *Et Petrus Act.* 2. 36. Quod Dominum & Chriſtum facit Deus hunc Ieſum quem vos crucifixiſtis: *Et Paulus Phil.* 2. 10.

Qua propter Deus ſummo extulit illum honore & dedit illi nomen ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne nomen curuetur caeleſtium, terreſtrium & inferorum. *Heb.* 1. 8. Et adorent eum omnes Angeli Dei *Eph.* 1. 22. 23. Qui ſuſcitauit Chriſtum ex mortuis, & ſedere fecit ad dextram ſuam in caeleſtibus ſuper omnem principatum & pietatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo ſed etiam in futuro. Et omnia ſubiecit pedibus eius, qui omnia in omnibus adimplet. *Hebr.* 1. 13. Cui unquam Angelorum dixit, filius meus es tu, ego hodie genui te 8. Thronus tuus in ſeculum ſeculi, virga directionis virga regni tui. 13. Sede a dextris meis donec poſuero inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. *Et Ioh. Apoc.* 5. 12. Dignus eſt agnus ille mactatus qui accipiat virtutem, & divitias, & ſapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam, & benedictionem. *Et ideo Paulus hanc filii deitatem & cum altiſſimo* Deo *patre æqualitatem non reſpectu ipſius Patris, ſed reſpectu creaturarum intelligendam eſſe declarat.* 1. *Cor.* 15. 27. Nam omnia ſubiecit ſub pedes eius (quum autem dicat, quod omnia ſubiecta ſunt, palam eſt, quod hoc dicatur extra eum, qui ſubiecit ei omnia. 28. Cum autem ſubiecta fuerint ei omnia, tunc & ipſi (*l. ipſe*) filius ſubiicietur ei, qui ſubiecit ei omnia, ut Deus ſit omnia in omnibus. *Quamvis autem filius dono Patris ſe virtute & gloria, et potentia æqualem Patri factum agnoſceret, noluit tamen illo æqualitatis dono abuti et illud in tyrannidem et rapinam convertere, ut Paulus ait ad Phil.* 8. Ipſe ſe ſummiſit factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. 9. Quapropter Deus ipſum in ſummam extulit ſublimitatem, ac omnia cœleſtia terreſtria ac inferna eidem ſubiecit. *Deum ac Dominum ab omnibus creaturis adorandum propoſuit, breviter, tantum virtutis, potentiæ, gratiæ, benedictionis,*

gloriæ

gloriæ et Deitatis *in filium ſuum dilectiſſimum contulit omnipotens Pater, quantum maxime conferre potuit, et in æqualitate ſua et trono ſuo collocavit, tantumque honoris filio, quantum ſibi ipſi, exhiberi voluit. Proinde, qui filium non agnoſcit, Patrem quoque negat.* Nullum enim datum eſt hominibus (*Act.* 4, 12.) nomen ſub cœlo, in quo ſalutem ſperare oporteat præter quam in nomine *filii Dei, Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt verus* Dominus *et Deus noſter, ut Thomas Joh.* 20. 28. *Paulus et Joannes veriſſime confeſſi ſunt. Cui propterea cum* Deo *Patre, Maximo et clementiſſimo* Deo, *ſit Laus honor et gloria in ſempiterna ſecula. Amen.*

Vidit, quantum novimus, princeps RICH. SMONIVS orationem hancce ſuppoſitam eſſe ab homine neſcio quo: (s) ad cujus ſententiam LVDOV. MORERIVS acceſſiſſe videtur. (t) Verum plures alii nil dubitarunt, eam vere a SERVETO profectam eſſe: in quibus GODOFR. in primis eſt ARNOLDVS, qui eam, omiſſis ſacrarum litterarum dictis, ſatis fideliter germanice vertit. (u) Ut refellamus eam, nec neceſſe eſt, cum nimis ſit futilis, quam ut aliquem capere queat, nec noſtrum inſtitutum patitur.

§. LX.

Obiter hic non poſſum, quin obſervem, in LVBIENIECII libro, ex quo hanc orationem deſumſi, lacunam eſſe. Promittitur enim ibi accurata de SERVETI morte narratio: (x) verum ea in ſequentibus non comparet & neſcio quo

Q 3 caſu

(s) Reſponſe a quelques Theologiens de Hollande Roterod. 1686. 12. *une piece ſuppoſée* vocat.

(t) Dictionaire Hiſtorique Tom. IV. p. 378. b. Idem ſentit Ven. BOYSENIVS Hiſt. SERVETI p. 28.

(u) Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie P. II. L. XVI. c. XXXIII. §. 3. p. 403-405.

(x) l. c. p. 98. *Propterea damnamus, nec quenquam ob has vel ſimiles ſententias, rogo adjudicandum cenſemus,*

caſu prætermiſſa eſt. Incidit in manus noſtras *Hiſtoria de morte* SERVETI manu IO. PREVSSII exarata, celebris inter Socinianos viri, quam aliquoties laudavimus & in teſtimonium adhibuimus. Eam ſtatueramus totam hic inſerere, ut tanto majorem narrationi noſtrae auctoritatem conciliaremus. Sed poſtea animadvertimus, magnam partem eam cum illis conſentire, quae IO. VYTENBOGARDVS ex *Dialogis inter Vaticanum et* CALVINVM a nobis nondum viſis, de SERVETI ſupplicio & morte refert. Quamobrem ſuſpicati ſumus, inde narrationem iſtam fortaſſis decerpſiſſe PREVSSIVM, ideoque omittendam duximus, donec certiora edoceremur. Interim quæ in illa ſingularia ſunt magnam partem huc tranſtulimus. Eius autem loco iudicium, quod Reverendiſſ. olim Cantabrigienſium antiſtes, THOM. TENNISONVS, de SERVETO olim tulit, ſubiungemus: (y) *Si* SERVETI, inquit is, *ſententias recte recordor, multo magis a veritate, quam Arius, aberravit. Chriſtum enim divinam eſſe lucem exiſtimabat qua* Deus *tanquam inſtrumento, in condendo hocce orbe uſus ſit, carnemque eius ex ipſa Dei ſubſtantia factam eſſe. Quantum mihi ex libris eius, quos vidi, intelligere licuit, dignior erat, qui vinculis & cuſtodiae, tanquam amens homo & emotae mentis, committeretur, quam qui flammis combureretur.*

§. LXI.

---

cenſemus, ſicut fecit CALVINVS. *Qua de re adponam accuratam narrationem: ſed ei praeponam* SERVETI *ipſius ſermonem, ac velut Cycnaeam vocem, quam ante horrendam mortem edidit.* Sed haec accurata narratio fruſtra in ſequ. quaeritur.

(y) Diſcourſe of Idololatry chap. IX. p. 158. SERVETVS, *if I well remember, his opinion was a Man yet much more extravagant than Arius; for he conceived Chriſt tho be a divine Light, which God uſed as his inſtrument, in Making the wereld, and his Fleſch to be made out of the very ſubſtance of God. And by that which J have ſeen of his, I judge him fitter to have been chain'd up, as a mad Man, than burnt as an Heretick.* Debeo hunc locum celeb. ROCHIO in Memoirs of Litterature vol. I. p. 247.

§. LXI.

De defenſoribus & amicis SERVETI, controverſiisque occaſione mortis eius enatis, quae copioſe diſputari & moneri poterant, ea prudentes nunc omittimus, & commodiori loco ſeruamus. At iuuat tamen rariſſimi libelli, eiusque nondum editi, meminiſſe, apologiae nimirum, quam monſtroſi vir ingenii, & inter eruditos longe notisſimus GVILIELMVS POSTELLVS pro homine hoc aut potius ſententia eius de mundi anima ſcriptam reliquit. Video eius opuſculi THOM. ITTIGIVM (z) inter MSta POSTELLI meminiſſe: At qui eam legerit & accurate deſcripſerit, neminem nouimus. Extitit autem haec Apologia Poſtelli in Bibliotheca Domini DV FAY (a) quae anno 1725. Lutetiæ Pariſiorum publice divendita eſt, nitiſſimi deſcripta & forma quidem 8. Pervenit autem auctionis lege ad illuſtriſſimum Comitem de HOYM, potentiſſimi Polonorum Regis ad Regem Galliarum legatum, qui enormi eam pretio Bibliothecae ſuae vindicauit. Huius illuſtriſſimi Comitis benificio licuit hanc apologiam perluſtrare viro maxime reuerendo, MAGNO CRVSIO, Danorum Regis legati ad Regem Galliarum a ſecris concionicus, Lutetiae tum praeſenti, qui, qua eſt humanitate, noſtri cauſſa ſequentia ex ea excerpſit & nobiscum communicauit. Titulus libelli hic eſt:

APOLOGIA
pro
SERVETO VILLANOVANO
de
Anima Mundi, ſive de ea Natura, quæ omnino neceſſaria eſt, & habenda eſt media, inter æternam immobilemque,
et

(z) Diſſ. de GVIL. POSTELLO in opuſculis coniunctim editis §. 18. p. 265.

(a) Vid. Catalogus Bibliothecæ eius p. 99.

& creatam mobilemque, eſtque conſubſtantialiter in ipſo Chriſto, ſicuti eſt, etiam habenda: Contra aſpergines et præcipitatum CALVINI *in hanc cauſam iudicium.*

Sive, ut Titulus ſit clarior:

De

Dei et naturæ, vel de enimæ et animi mundi, ſeu de Divi*næ Naturæ, et inſeparabilium ab ea virtutum eius ſummo conatu et effectu.* GVILIELMO POSTELLO, *Reſtitutionis omnium primogenito, a* CALVINO *hac in cuſa maligne perſtricto, Auctore.*

Poſt *Proteſtationem* praefationis loco praemiſſam ſequitur *Proparaſceuê* & Operis praelibatio inſcriptioque, cum ad omnia Sanctae Eccleſiae membra, tum maxime ad illos penes quos libere ſcripta CALVINI praeveniendo Veritati praeiudicium fecerunt; inter quos, laudis gratia, vult Auctor PHILIPPVM MELANCHTHONEM, HENR. BVLLINGERVM, & MARTINVM BORAVM haberi.

Quod hic POSTELLVS MELANCHTHONEM, BVLLINGERVM & BORAVM ad CALVINI de SERVETO ſententiam acceſſiſſe, lectis eius ſcriptis, POSTELLVS affirmat, id nonnulli habet dubitationis. MELANCHTHONEM quidem notum eſt ſupplicium SERVETI probaſſe: (b) idem HENR. BVLLINGERVM feciſſe (c) certum eſt. At MART. BORRAVM, qui & MARTINVS CELLARIVS dicitur, CALVINI iudicio non adduci potuiſſe,

(b) Vid. conſilia & iudicia theologica PHIL. MELANCHTHONIS a CHRISTOPH. PEZELIO edit. P. II. p. 204. p. 223. p. 244. p. 364. conf. CALVINI Epiſtolæ.

(c) Vid. Antwort der Dieneren der Kyrchen zu Zürych vff D. Jacoben Anderesen, zugenampt Schmidly widerlegen, mit welcher er underſtanden ire Antwort vff H. Johann Brentzen Teſtament gåben zu wiederwyſen und zu verwerffen in 8. Zurich 1580. in præfat. c. 8. B. & d. 1. a.

tuiſſe, vt SERVETVM flamma eſſe dignum decerneret, non vnus auctor eſt. Inſtar omnium teſtimonium affero Hiſtoriæ MS. SERVETI aliquoties iam laudatae, quae CELLARIVM, inquit, *eius urbis ſummum Profeſſorem Theologogiae affirmant nunquam nec in* SERVETI, *nec in ullius haeretici mortem conſenſiſſe.* Taceo SANDIVN, CELLARIVM hunc inter eos retuliſſe, qui de Trinitate parum recte ſenſerunt. (d)

Ceterum hic inter alia ita ſcribit POSTELLVS: *Certe nec nomen* SERVETI *audiveram, antequam poſt ipſum ignibus abſumptum pervenit ad manus meas ſcriptum quoddam ipſius de Trinitate, quod admodum curſim & vellicatim legi, nondum enim typis prodierat. Nec in eo opere animadvertere aliud potui, quam quod in Chriſto vult præter Divinitatem, & una cum ipſa humanitate, eſſe naturam quandam & ſubſtantiam mediam inter ipſam Divinitatem & Humanitatem, Et hanc ipſam naturam mediam, quae revera eſt appellandaque eſt Deus fuiſſe & eſſe in Chriſto. Ceterum quod ipſe neget aut affirmet, Deum eſſe Trinum & Unum, nec potui deprehendere, nec admodum inquiſivi. Quis enim tam demens ſit, ut poſit aut ignorare, aut dum illi tam clare, quam mihi datum eſt, demonſtretur, negare, quin prima Cauſa Mundi, quamvis ſit omnino ſimpliciſſima Eſſentia, ſit tamen trina & una &c.* Et deinde: *Teſtimonium itaque Veritati ita in me exhibet, ut poſſim eam mediam naturam, in qua ponenda mihi &* SERVETO *convenit, non tantum capere, ſed demonſtrare queam, etiamſi omnes Sacræ Scripture periiſſent. In hoc autem videtur, quod male ipſe, immo impiiſſime cognovit, ex eiusdem Chriſti gratia, qua abuti voluit: (ſi tamen una cum ſuis ſectatoribus, quos multos habet in Italia, Trinitatem*

(d) in Bibliotheca Anti-Trinitariorum p. 15.

tem & ſecundae Perſonae cum Chriſto unionem ὁμοούσιον *negaverit) attigit ſummam ipſam lucem intellectus noſtri, & fructu Paradiſi eſt abuſus &c.*

Quod hic POSTELLVS ait, librum SERVETI de Trinitate poſt mortem eius typis nondum expreſſum fuiſſe, id aut prorſus falſum eſt, aut de alio quodam libello manu exarato intelligendum. Nam quod infra patebit, extat MS. quoddam SERVETI de Trinitate, quod cum libris editis non omni ex parte convenit.

Poſt hanc Proparaſceven apud POSTELLVM ſequitur:

Tractatio ſolida ſinceraque de Anima aut Matre Mundo ſine externæ cauſæ admixtione. Hic occurrunt ſequentia Capita:

(1) *Quod* Dei *Eſſentia ita eſt neceſſario intelligenda, ut licet ſimpliciſſima ſit, tamen duplici Natura ſubſiſtit & eſt, tam in ſe, quam in noſtro Intellectu.*

(2) *Quod ſit neceſſarium ex Divinæ Eſſentiæ, quatenus ad particularia contendat, ut Pater unus generalis, Mater una generalis, & Filius unus generalis ſit & habeatur ut eſt, & ad quid eſt.*

(3) *Argumenta ratione nixa, quibus liqueat, neceſſario dari Matrem Redemptionis aſſeclam.*

(4) *Quod Spiritus ſit mente inferior, & quod ſicut Mens maſcula, ita Spiritus foeminæ eminentia eſt, denominationis ſuae fons.*

(5) *Quod Chriſti meritum eſt revera ſupra ſua membra applicatum, ut tantum actu reſtituerit, quantum Satanas deſtruxerat.*

Sequuntur *Auctoritates.*

I. Quare vocata eſt Cavah Mater omnium viventium?

II. Quare nobiliſſimum Semen Mundi a Foemina denominatur?

III. Quare primogenitus Mundi non dicitur ab Adamo, ſed a Matre nominatus.

IV. Quare Propheta Jeſaias vocavit foeminam Chriſtum?

V. Quare Jeremias Cap. 33. adſcribit eosdem titulos foeminae, quos attribuit Capite 23. ipſi Chriſto?

VI. Quare quinquies & viginti in Puellae nomine in Libris Moſeos in uno eodemque vocabulo, veluti eſſet error, ex Foeminea voce in textu ſcripta facta eſt Maſcula in textu, & Foemina extra textum.

VII. Quare litera HE, quae Foeminae ſymbolum eſt, in nomine Abrahami & Sarai fuit adſcript apotius, quam alia litera? Arte Grrmmatices conſtat HE litera notare foemineum genus, tam in Nominibus, qaam in Verbis atque Affixis.

VIII. Cur principium, in quo Deus creavit Coelum & Terram, foeminea voce ſcriptum ſit, quum alibi in Maſculino genere ſcribatur.

IX. Quare Spiritus ille Domini, qui ferebatur ſuper aquas, foemineus eſt.

X. Quare etiam Luminaria duo ſunt foeminea voce prolata, quum maſcule habeantur?

XI. Quare ſola vox intellectus in ſignificationibus Formae, maſculina voce legitur, cæteræ omnes in Lingua Sancta foemineæ voces ſunt?

XII. Cur ſcribitur: Altare Adamah, ſive terram rubram facietis mihi?

XIII. Quare in Jeremiah ſcribitur Seſſach loco בבל?

XIV. Quare inter medias prædictiones paſſionum Chriſti ab Jeſaiah intermixtus eſt cantus & laetitia Foeminæ antea ſterilis?

XV. Quare vidit Johannes Sanctam Civitatem Jeruſalem novam deſcendentem de Coelo, a Deo *tanquam Sponſam, & non tanquam Sponſum?*

XVI. Cur Eva prius eſt vocata Iſſah vel Virgo, quam eius maritus Adamus vocaretur Vir, vel Iſch?

XVII. Quare in Pſalmo 80. *ſcripta eſt foeminea vox Vechanah & hortum.*

XVIII. Quomodo poteſt etiam materialiter ſtare Veritas, quod quatuor Flumina diſſitiſſima de unius Paradiſi loco exeant?

XIX. Quare tam multæ liberationes Populi Dei *leguntur a Foeminis factæ?*

XX. Quare externæ fuere ab Eccleſia Naomah Mater Patriarcharum, Thamar, Rahab, Ruth, & Bathſeba?

Ultimo: Quare Deus, *ſine cuius nutu ne folium quidem cadit, fecit, ut Ariſtoteles & alii multi Philoſophi poſuerunt, Naturam eſſe æternam & Dei cooperatricem, & cognominem?*

Scripſit haec omnia GVIL. POSTELLVS per modum epiſtolae ad CASPARVM quendam, & quidem Venetiis die 17. Aug. 1583.

§. LXII.

Reſtat ut de SERVETI dicamus effigie, quae huic diſſertationem praefixa eſt. Imago haec eius ſatis accurate expreſſa eſt ex antiquo & nitide picto ἀρχετύπῳ, quod probabile eſt aliquem ex SERVETI amicis fieri curaſſe, cum in cuſtodia detineretur Nam cum multos habuerit Geneuae amicos, & in his primarium urbis conſulem, AMADAEVM GORRIVM, veriſimillimum eſt, eos imaginem ſaltim hominis infeliciſſimi, quem flammis eripere non poterant ſervare voluiſſe. Fuit autem haec effigies IOH. CRELLII celeberrimi inter Socianos viri: ab hoc ad illuſtriſſimum Comitem SVERINIVM, tum ad STENGERVM, inde ad ven. Halberſtadienſium Antiſtitem, TEVBERVM peruenit, a quo eam accepit, qui nunc poſſidet, & cum Praeſide meo benigniſſime communicauit vir venerandus & eruditiſſimus,

mus, PET. ADOLPHVS de BOYSEN. (e) Ceterum duplex alia SERVETI imago nobis occurrit aere ſatis eleganter expreſſa. Altera in minori folio formae circiter octavae deſcripta erat: Sed exemplo, quod nobis videre licuit, nec chalcographi nomen, nec aliud quid adiectum erat. Alteram vero CHRISTOPHORVS de SICHEM in patente charta Amſtelodami, adiuncta SERVETI hiſtoria aut potius accuſatione, anno 1607. expreſſit. Feruebant tum controuerſiae Arminianae, in quibus cum frequens SERVETI fieret mentio, cuius ſupplicium ARMINII ſectatores CALVINO vehementer exprobabant, hic SICHEMIVS CALVINO fauens

 apolo-

(e) Non ingratum fore credo lectoribus, ſi hiſtoriam huius imaginis ipſis ven. BOYSENII verbis ex Epiſt. d. VI. Julii A. 1723. ad celeberrimum noſtrum LAKEMACHERVM data enarrem: *Hiſtoria imaginis* SERVETI *ita habet. Illuſtriſſimus Comes de* SCHWERIN, *ſummus olim in aula Brandenburgica rerum adminiſter, ſtudioſe, magnisque ſumtibus, & libros Socinianorum & imagines praecipuorum huius ſectæ doctorum conquiſiuit, inter reliquas vero hanc* SERVETI *imaginem magno in pretio habuit, ceu rariorem & multo ſibi aere redemtam. Poſt mortem herois illuſtriſſ. filii opera* STENGERI, *famoſi ex multis controverſiis Theologi, uſi ſunt, qui bibliothecam patris ordinaret, & catalogum concinnaret. Hic cum a vivo* SCHWERINO *ſaepius intellexiſſet, quanti iſtam effigiem faceret, a filiis, eius rei ignaris, facile impretauit, ut dono ſibi daretur.* STENGERVS, *quoad vixit, imaginem ſollicite cuſtodivit, ſed rebus humanis patre exemto, filius eius degener ſuppellectilem librariam pariter ac numariam divendidit & dilapidavit. Ab hoc igitur ad Dn.* D. TEVBERVM, *& ab hoc tandem ad me peruenit. Satis vetuſtam & bonae notae, &, ni fallor, a* CRELLIO *patre cum* SCHWERINIO *communicatam fuiſſe, multa ſuadent, & praeter alia hoc, quod in bibliotheca ſereniſſ. ducis Blankenburg. extet* SERVETI *liber de Trinitatis erroribus, cui in fronte recentior manus effigiem hominis, aeri inciſam, praefigi a bibliopega curauit: haec* ἔκτυπος *eſt ad meum* ἀρχέτυπον, *ut mihi utramque imaginem conferenti patuit, efformata.*

apologiam veluti pro CALVINO ſcribere voluit erroribus licet non vacuam. Quapropter cum temporum illorum hiſtoriam ea narratio illuſtret, & alia contineat, ex quibus intelligitur, quot de SERVETO fabulae CALVINI potiſſimum auctoritate a poſteris ſuſceptae fuerint, operae pretium duximus totam eam infra apponere. (f)

(f) SICHEMII narratio ſiue quisquis alius eius auctor ſit, haec eſt, quae multa confirmat eorum, quae diximus, multa male refert, quae facile animaduertet, qui hanc hiſtoriam noſtram legerit:

Michael Servetus een Spangiard als een ketter tot Geneven verbrant. Het gene IRENAEVS een van de outſte Schryvers der Chriſtelyker kerken gheſchreven ende nahgelaeten heeft, van de kettery-en van zynen tyt, als dat alle de ghene die eenich ſins de waerheit vervalſchen ende de uytbreydinge des Goddelicken Worts toutſeren ende beſchadighen, Diſcipulen ende Naevolghers ſyn van Simon Magus: want all hoewel ſy niet belyden den nam haers Meeſters tot verleydinghe van andere, dat ſe nochtans zyne meyninghe ende gevoelen leeren, hieren-tuſſchen den naem Chriſti als eene aenlockinghe voortbrenghende: Dit ſelve (ſeg ick) mach men oock van de ghene, die welcke in onſen tyt (in den welcken door ſonderlinge ghenade ende weldaet Gods veele oude Dwalinghen verbetert zyn) de geſonde Leere van de heylige Drey-eenigheit niet min onbeſchaemt als de Ouden vervalſt ende verbeſtaert hebben, in der warheyt gheſeyt worden: En weten dat alle deſe Diſcipulen ende Naevolghers zyn van deſen ende affgryſelycken laſteraer SERVETVS: want al iſt dat ſy deſen naem, den welcken ſy weten van alle vromen ende Godtvreeſenden verhaet te zyn, niet opentlyck en belyden noch bekennen, nochtans ſo houden ſy zyne Opinien bedectelyck ſtaende: Ende voorwaer in deſen tydt nu het Evangelium, door maniere van ſpreken wederom gebaert is, ſchynt deſen SERVETVS eenen anderen SIMON MAGVS gheweeſt te zyn, die welke als hy eenen langhen tyt onder de Mahumetiſten en Joden verkeert hadde, ende haer Opinien aengenomen, ſo heeft hy niet alleen in de leere van

§. LXIII.

Haec formis erant deſcripta, quum vir vener. & ad litteras iuuandas natus, IACOB. FRIDER. REIMMANNVS, rariſſi-

---

Godt, maer ooc bykans in alle leer poincten der Chriſtelycker Leere eenige monſtren ende Grouwelen van opinien, uyt de Mahumetiſche ende Talmudiſche raſernien verſiert, welcke nocht ans deſen Godslaſteraer heeft derven beleeden met den naem en Tytel van de weder oprechtinge des Chriſtendoms. Uyt deſe zyne Schole zyn deſe Diſcipulen ende Leerjongheren voortghecommen, te weten GONAESIVS, GRIBALDVS, BLANDRATA, GENTILIS, ALCIATVS, SIMANVS, CASANOVIVS. Deſe alle ghemerckt ſy verſcheydem opinien ende Secten hebben, ſo is ons voornamen niedeſelve int beſonder te verhalen, maer ſullen alleenlycken het hooft hier van een weynich aenroeren ende zyne opinien wat breeder vorſtellen.

Deſe SERVETVS was van gheboorte een Spaingaert uyt Aragonien, ende alſo hy door eenen nieuwen ende vreemden Geeſt gedreven worde, ſo heeft hy een Medicyn weſende, ſyne handen aende h. Theologie gheleyt, ende noch gheen 24. jaren oudt ſynde uytghegeven voor een Leraer in deſen werelt. Hy heeft onder andere van zyne Godloſe ſchriften ſeer Godslaſterlyck geſchreven theghens de Godtheit des Soons Godes, ende is daermede tot Baſel ghecomen, verhoopende dewille aldaer een Diſputatie gheweſen was van't Nachtmael dat hy door deſe gheleghentheyt aldaer eenighe verſtoeringhe brenghen ſoude in dem artickel van de Perſoon des Soons Gods. Maer OECOLAMPADIVS eenen Leeraer der Kercken aldaer, heefft int byweſen van den ganſchen Raadt zyne Gods-laſteringhe te neder gheleyt, en te weghe gebracht, dat hy door macht van de gheheele wet aldaer uyt de kercke van Baſel is verſtoten ende als eenen Godslaſteraer verworpen gheweſt.

Van Baſel is hy nae Venetien vertrocken, en alſoo hy daer oock niet gheruſt was, ſoo heeft PHILIPPVS MELANCHTON die van Venetien door eenen brief ghetreuwelyck gewaerſchout, ende heer ſyne ſchandelycke

riſſimum ad nos libellum mitteret in CALVINVM poſt fata SERVETI ſcriptum & in Belgio deinceps, quum ARMINIVS res

lycke Godeslaſteringhen te kennen ghegheven.

In ſumma deſen SERVETVS heeft door ſyne Godslaſteringhen uyt gheſpogen t'ghene te vooren alle de oude ketters gedaen hebben. Te weten datter maer een Perſoon der Godtheyt is, de welcke haer dan op deſe, den op een ander weyſe ende maniere den menſchelycken geſlachte repraeſentert ende voorſtelt, ende datter ſoodanige drie principale wyſen ende manieren ſyn, den Vader, Soon, ende heylighe Gheeſt. Hy ſeyde oock achtervolghende zyn gewoonlycke laſteringen dat onſen heylant en Salichmacker Jeſus Chriſtus allaenlycken ten aenſien van zyne Menſchelycke natuere een Sone Gods genoemt worde, loochende daromme dat hy met den Vader ſoude gelyck eewich zyn. Den heylighen Gheeſt ſeyde hy niet anders te weſen als eene van Godt in allen dinghen ingheſtort cracht, waer door de ſelve beweecht, gheſterckt ende onderheuden worden, t' welck de Natuercondigers Naturam neemen. Het wordecken PERSOON ſeyde hy moeſte niet anders genomen werden, den gelyckmen dat ſelve inde Comediſpelen nae ghelegentheyt der bedieninghe ende des ampts is nemende. Maer de groetſte noyt ghehoerde jae aldergreulyckſte laſteringhe is deſe, dat hy de alderheylichſte drey-eenicheit den Vader, Soon ende heyligen Gheeſt verghelecken heeft (ick ontſette my dit te verhaalen) by den Cerbero ofte driekoopdighen helſchen hont. Hier mede heeft hy hem noch niet te vreden gehouden, maer heefter oock van gemaeckt een duyvelſche phantaſy, een beſpottinghe des Satans, een Monſtrum Geryonis offte drielyvich monſter, de heylighe drie-eenicheit verghelyckende by eenen Coninck von hiſpanien, d' welcke Geryon ghenaemt worden, den welcken de Poeten verſierden drie lichamen ghehadt te hebben, om dat hy over drie Eylanden gheleghen by hiſpanien gheſtelt was. O groete ende onverdraeghelycke blaſphemie! Deſen ketter was den naem der heylighe Dreyeenicheyt ſoo hatelyck, dat hy alle

res nouas ibi moliretur, recuſum, cuius hic index: *Contra libellum* CALVINI *in quo oſtendere conatur hæreticos iure*

alle de gene die denſelven ghebruicten ſeyde ſonder Godt te zyn, ende gheenen Godt te hebben. Hy ſeyde oock datmen ſeer lichtelycken ſoude connen vereenighen ende t'ſamen brenghen den Alcoran van Mahomet met de leere der Chriſtelycker kercken, indien alleenlycken den artyckel vande heylighe Drieeenicheyt wechgenomen ende uyt der kercken ghebannen worde. Ende dat die groote profyten ende nutticheden de welcke vyt deſe coniunctie ende t'ſaamen voeghinghe ryſen mochten hier door belet ende verhindert werden: dat oock door de obſtinate ende hertneckighe handthoudinghe van deſen Artyckel verſcheyden Landen ende Provincien ten ruyne ghebracht worden.

Deſe overgegeven Booſwicht heeft ooc dor het uyt ſpouſel zyner laſteringhen, van den Prophet Moyſes, die een ſonderlinghe vrient Gods gheweſt is, die met Godt van aenghesicht tot aengheſicht ghe ſproocken heeft, ende een ghe treuwe dienſtknecht int huys des heeren gheweſt is, die oock een vorſt ende verloſſer Iſraels genoemt wordt: van deſen heerlycken Prophete (ſegg ick) heeft hy eenen belachelyken bedrieghe ghemaackt. Van den vroomen Patriarch Abraham ende ſyne naccomelinghen, bloet ende wrackgierighe menſchen, die welcke voor here vyanden niet ghebeden hebben. Vande heerlycke ande oude Iſraelitiſche kercke heeft hy eenen Varckenſtall ghemaeckt. Hy heeft oock gheleert dat die zielen ſterffelych ſiyn. Oock ſo heeft hy den wederdoop voor goet gekent ende den doop der cleyner kinderen verache ende verworpen.

Doch aengeſien ons voornemen niet en is alle ſyne Grouwelen ende ketteryen voort te halen, ſo ſullen wy met deſe voorghenoemde ophouden. Want die alle te verhalen ſoude te langh ende te verdrietich vallen.

Als deſen Ketter ende grooten Gods laſteraer ghecomen was tot Geneven ende aldaer oock ſyne Gods laſteringhe uyt ſpoech, ende hem aldaer ſulcks te doen vel ſcherpelick verboden

iure gladii coërcendos eſſe. Nolite ante tempus quicquam iudicare, donec veniat dominus, qui illuſtraturus eſt occulta

den worde, ſoo heeft hy niet toghenſtaende dit verbodt daer van niet willen afſtaen, is daeromme van de Magiſtraet aldaer inde ghevanckeniſſe gheleyt.

Calvinus nu die doen ter tyt den kerken-dienſt aldaer in aller ghetrouwicheydt bediende, willende hier in voldoen het ampt van eenen ghetrouwen Ziel-Sorgher is by servetum gheeomen in meeninghe hem van ſyne ſchadelicke dwalingen en leelicke ketteryen te doen afſtaen ende deſelve te verlaten. En als hy nu van calvino in dier voeghen overtuycht was, dat hy tot verdedinghe ſyner dwalinghen niet meer behouden hadde: als alleenlicken eene onbeweechlicke obſtinaetheyt en hartneckicheyt. In ſyne ſtinckende ende onverdreechelyke Gods laſteringhen te voolharden ende te verblyven, ſoo is hy na dat deſe ſacke ooc die van Bern, Zurich, Baſel ende Schafhuyſen was in handen gheſtelt om haer ſententie hier over te ſpreken, uyt rechtveerdighen oordeel Gods ende der menſchen met den viere gheſtraft worden int jaer ons heeren 1553. in de maent van December als kemnitius verhaelt, al hoewel sleydanus ſchryft ſulcks inde maent van Octover gheſchiet te zyn.

Als serveto deſe ſtraffe ende dit vonniſſe aanghedient worde, ſo heeft he yſſelick ghebaer tot den doot to alleenlicken deſe woerdeb geroopen: O miſericordia, miſericordia! Na dat het vonniſſ. en de Sententie gheſprecken was, jae oock als hy ſyne welverdiende ſtraffe, te weten ſyner Gods laſteringe die hy mondelick ende ſchriftelick over de 30. jaer uytgeſpouwt hadde, ontfing, heeft men hem hier toe niet connen brengen dat hy Chriſtum de eewige Sone Godes heeft willen aenroepen, ende of hy wel gen teecken van berou ende leetweſen gaff, ſo en heeft hy ſyn ſacke nochtans voor de volcke niet willen beſchermen, is alſoo in ſyne meninge geſtorven. Calvinus, alſoo hy bemerckten dat hem veele de ſchult zyns doots opleyden, ſo heeft hy een boeck doer

culta tenebrarum & patefaciet conſilia cordium. 1. Cor. 4. Prov. 14. *Impiorum verba inſidiantur ſanguini, at proborum os eum defendit.* Pſalm. 2. *Et nunc Reges prudenter agite: Erudimini iudices terrae. Anno* Domini *MDLCXII. in* 8. Hic ille ipſe liber eſt, quem VYTENBOGARDVS SAN-

doer den druck laaten uytgaen daerin hyde Leeringhe SERVETI met den gheheelen handel vertelt, ende deſe zyne godtlooſe vervloeckte Leeringhe wederleyt, leert ooc dat de Overheyt de ketters met den ſweerde dooden ende ſtraffen mach.

Soude nu wel jemant (al hoewel ſulcks wel eenighe ſonder alle eere ofte ſchaente godslaſterlyc hedendaechs derven voorgeven) connen ſegghen dat deſen ketter ende Laſteraer Godes, da welcke de ſubſtantie ende het weſen Godes heeft veranderlyck ghemaect: die de eewicheyt des Soons Godes geloechent heeft: die de perſoonlyck vereenighinghe der natueren heeft wech genoemen: die het weſen ende de Godheyt des heylighen Geeſts gheloechent heeft: die den Vader, Soon, ende h. Geeſt (ick verſchricke my dit wederom te verhaelen) by den Cerbero, offte Driekoofdighen helſchen hond vergleecken heeft, oock meer alſoo genoemt heeft: die van den vortreffelycken Prophet MOYSES eenen belachelycken bedriegher, van den vromen Patriarch ABRAHAM eenen wraeckgiarigen, van de oude Iſraelitiſche Kercke eenen vuylen verckenſtal gemaect heeft: die oock gehouden heeft dat de zielen ſterffelyck zyn: Ende in ſumma meer als dertich Jaren den levendigen Godt gelaſtert: ſoude nu wel yemand (ſegg ic) connen ſeggen dat deſen grooten Godslaſteraer t' onrechte ſoude verbrant ende omghebracht zyn, en niet veel meer van wegen zyne ongheteende Goddelooſheit van weghen zyne on'tallycke blasphemien ende Gods laſteringen, voer de welcke oock de duyvelen ſchrouve en vreſen ſouden, deſe rechtvaerdighe ende wel verdiende ſtraffe ontfanghen te hebben? Jae hy is verbrant, maer al te ſpade, wilde Godt hy nummermeer waer gheboeren geweſt: ende is hieromme de Magiſtraet aldaer ſo wel van de naby als verre van daer ligghende kercken, met allen rechte ghepreſen worden.

DIVS & multi alii ſub nomine *Dialogorum inter Vaticanum & Calvinum* laudant: Non ſunt tamen dialogi, ſed liber tantum more dialogorum diſpoſitus eſt. Primo nempe verba CALVINI ponuntur, quibus nomen eius praeſcribitur, his deinde VATICANVS reſpondet, aut potius refutatio ſemper ſubiicitur, cui nomen VATICANI ſemper praemiſſum eſt. Tota librorum, qui contra CALVINVM SERVETI occaſione editi ſunt, cauſſa & hiſtoria tam impedita eſt, ut nemo facile, niſi qui ipſos inſpexerit libellos, ſine metu erroris de illis aliquid ſtatuere queat. Haec editio illa eſt, quam Arminiani curarunt, ut CALVINVM in multitudinis inuidiam adducerent: cui quaedam addita ſunt, quae multo iuniora ſunt, quam ipſe liber, & in prima idcirco editione non extant, quod per ſe patet. Et in his additionibus illa SERVETI *Hiſtoria*, quam ſupra (§. LX.) manu IO. PREVSSII exaratam ad nos eſſe delatam diximus, primum locum occupat, & paullo quidem plenior, atque noſtra eſt. Operae pretium facere mihi videor, quum ea multa contineat memoratu digna & quaedam a nobis omisſa, ſi totam hic inſeri curem, cuius fere CASTELLIONEM auctorem eſſe ſuſpicor. Libellus enim ipſe pauciſſimis viſus & ab illis, qui CALVINO fauent, ſtudioſiſſime ſuppreſſus eſt. De auctore libri, num LAELIVS SOCINVS, aut CASTELLIO, aut alius quisquam ſit, & ipſo libro opportuniori loco, ſi Deus velit, diſſeram.

Hiſtoria mortis SERVETI ex Dialogis inter VATICANVM & CALVINVM p. 187.

CVm MICHAEL SERVETVS *curaret libros ſuos de Trinitate imprimi Viennæ, fuit quidam Lugdunenſis Genevæ habitans, qui literas ſcripſit ad quendam Lugdunenſem amicum ſuum Lugduni habitantem, in quibus literis inter cætera ſcribebat talia.*

Nos non fovemus Hæreticos cum vos patiamini apud vos

vos MICHAELEM SERVETVM *hominem maxime Hæreticum; qui facit imprimi libros plenos errorum, & is eſt nunc Viennæ in tali domo, &c. Has literas qui viderunt putant ſcriptas fuiſſe a* CALVINO, *ob ſtylum ſimilem; Nec tantam Lugdunenſis illius eloquentiam, ut potuerit tam diſerte ſcribere. Ipſe quidem Lugdunenſis dixit a ſe fuiſſe factas; Fuerunt autem de induſtria ita miſſæ (ſicut nobis narrarunt qui ipſi has literas viderunt) ut venirent in manus Magiſtratus, atque adeo ipſius Cardinalis* TVRONII. *Sunt qui dicunt* CALVINVM *ipſum ſcripſiſſe ipſi Cardinali in hanc ſententiam. Si tam religionis ſtudioſus eſſes, quam te eſſe ſimulas, non patereris* SERVETVM *qui eſt apud vos &c. Utcunque ſe res habeat, iis literis lectis* SERVETVS *captus eſt Viennæ, nec non impreſſor eius libri. Poſtea cum ex vinculis clam elapſus eſſet, venit Genevam, & eodem die videlicet Dominico, audivit concionem poſt prandium. Ibi cum ante inceptam concionem ſederet una cum aliis, agnitus eſt a quibusdam, qui id continuo* CALVINO *nunciatum iverunt:* CALVINVS *é veſtigio ad Magiſtratum reum detulit, aut deferendum curavit, ut* SERVETVM *propter hereſim in vincula petant. Magiſtratus reſpondit, non poſſe capi hominem in libera Civitate, niſi aliquis eſſet accuſator, qui una cum reo ſeſe offerret ad vincula &c.* CALVINVS *famulum ſuum ſubmiſit, qui ſe accuſatorem daret. Is famulus fuit aliquando coquus nobilis cuiusdam, nomine* FALESII, *quem* FALESIVM CALVINVS *aliquando tanti fecit ob religionem, ut eum in quadam Epiſtola ſummopere laudaverit. Sed poſtea cum favere videbatur* FALESIVS *cuidam medico nomine Hyeronimo (qui in vinculis tenebatur propter cauſam predeſtinationis, quoniam de re diſſenſiſſet) in publica congregatione a* CALVINO *iudicatus eſt haereticus. Ab eodem* CALVINO *mittitur ibi famulus, qui ſeſe accuſatorem dedit: &* SERVETVS *e concione vocatus, & nomen ſuum confeſſus, coniectus eſt in carcerem,*

S 3 *nec*

nec non ipſe famulus CALVINI, *qui paulo poſt datis fide iuſſoribus liberatus eſt.* SERVETVS *in vinculis ſic habitus eſt, ut eum convenire nemo (niſi magna authoritate prædi-tus) poſſet, niſi qui* CALVINI *amicus eſſet. Capto* SERVETO *miſſus eſt nuncius a Magiſtratu Viennam, qui referret ſen-tentiam ab ipſis Viennenſibus contra* SERVETVM *latam, cui nuncio Viennenſes eam dederunt, & illud adiecerunt;* SERVETVM, *indicio ſummi Genevenſium concionatoris ve-niſſe in manus Viennenſium. Relata hac ſententia miſſus eſt nuncius ad Helveticas Eccleſias, Bernam, Tigurum, Schaffhuyſiam, & Baſileam, una cum libro* SERVETI, *& accuſatione concionatorum, & literis Magiſtratus Gene-venſis ad miniſtros illarum eccleſiarum, aut ad Magiſtra-tus ad corrogandas earum ſuper* SERVETO *Sententias.*

Interea miſſus eſt ad Francofordiam quidam Thomas, famulus ROBERTI STEPHANI, *qui libros* SERVETI, *qui il-lic ad nundinas prolati fuerunt, combuſſit, ne diſtrahe-rentur. Nuncius ille a concionatoribus illarum Eccleſia-rum retulit literas, in quibus damnabatur* SERVETVS, *tan-quam Hæreticus. Itaque ſtatim convocatus eſt Magiſtra-tus Genevenſis ſuper* SERVETI *negotio.* AMADAEVS GORRI-VS *militiæ Dux, & idem primus tum Conſul urbis, cum videret animos Senatorum inclinatos in necem hominis, noluit adeſſe in iudicio, negavitque ſe participem fore eius ſanguinis. Idem fecerunt quidam alii, reliqui alii aliter damnarunt, nonnulli ad exilium, alii ad perpetuos carce-res, pars maior ad ignes, niſi recantare vellet.*

CELLARIVM *etiam eius urbis ſummum Profeſſorem Theologiæ, affirmant nunquam nec in* SERVETI, *nec in ul-lius Hæretici mortem conſenſiſſe: Idemque putant de qui-busdam eius urbis Miniſtris inferioribus, qui ad dicendam de* SERVETO *ſententiam, propterea non fuerunt vocati. Ita ductus eſt ad tribunal, & ibi damnatus ut combureretur,*

&

& in cineres redigeretur. Hanc Sententiam vbi audivit, poſtulat ſupplex a Magiſtratu, ut liceret perire gladio, ne ſe ad deſperationem magnitudine cruciatus adigerent, atque ita animam ſuam perderet: ſe ſi quid peccaverit peccaſſe ignorantia, animo quidem & voluntate ita conſtitutum fuiſſe, ut promovere gloriam Dei *voluerit, quas eius preces* FARELLVS *Magiſtratui apertius expoſuit. Sed Magiſtratus a* SERVETO *exoratus non eſt, ita ductus eſt* SERVETVS *ſubinde clamans.* O Deus ſerva animam meam: O Ieſu fili Dei æterni miſerere mei. *Vt ventum eſt ad ſupplicii locum procubuit ſupplicabundus, iacuitque aliquandiu pronus,* FARELLO *populum ita alloquente: Videtis quantus vires habeat Sathan, cum aliquem poſſidet, hic homo eſt doctus imprimis, & fortaſſe ſe recte facere putavit, ſed nunc poſſidetur a Diabolo, quod idem vobis accidere poſſet. Interea vbi ſurrexit* SERVETVS, *eum hortabatur* FARELLVS, *vt diceret aliquid. Ille gemens & ſuſpirans clamabat:* O Deus, O Deus: *cum* FARELLVS *an nihil aliud haberet quod diceret, reſpondit, quid aliud poſſum loqui quam de* Deo? FARELLO *monente, vt ſi vxorem, aut liberos haberet, & teſtamentum condere vellet, adeſſe tum notarium publicum, ille nihil reſpondit. Ita ductus eſt ad ſtruem lignorum, erant autem faſciculi querni virides, adhuc frondoſi, admixtis lignis taleis. Impoſitus eſt* SERVETVS *trunco ad terram poſito, pedibus ad terram pertingentibus. Capiti impoſita eſt corona vel ſtraminea vel frondea, & ea ſulphure conſperſa: Corpus palo alligatum ferrea catena, collum autem fune craſſo quadruplici aut quintuplici laxo, liber femori alligatus: Ipſe carnificem oravit ne ſe diu torqueret. Interea carnifex ignem in eius conſpectum, & deinde in orbem admovit: homo viſo igne ita horrendum exclamavit, vt vniverſum populum perterrefecerit. Cum diu langueret, fuerunt ex populo qui faſciculos confertim coniecerunt, ipſe*

horrenda

horrenda voce clamans: Ieſu fili Dei æterni miſerere mei: *poſt dimidiæ circiter horæ cruciatum expiravit. Sunt qui affirmant* CALVINVM *cum vidiſſet ad ſupplicium duci* SERVETVM *ſubriſiſſe, vultu ſub ſinu veſtis leviter deiecto. Hæc res multos pios turbavit, atque ſcandalum ſcandalorum peperit, quod vix nunquam obliterari videretur, multa enim in eo facto pii reprehendunt crimina.*

Primum quod interfectus eſt Genevæ homo propter religionem, negant enim quenquam propter religionem debere interfici: & cum citatur vetus Teſtamentum de interficiendis falſis Prophetis, citant novum de non extirpandis zizaniis ante meſſem. Quod ſi Helveticas Eccleſias conſenſiſſe in mortem SERVETI *dicit: Reſpondent eas non potuiſſe eſſe iudices cum eſſent reæ. Nam eas, vna cum Geneuenſi reprehendebat* SERVETVS. *Deinde mirantur* CALVINVM *cum eis Eccleſiis in alterius mortem conſpiraſſe, quarum doctrinam alias damnavit. Nam in Libello gallico de Cœna damnat aperte* ZWINGLIVM, OECOLAMPADIVM, *vna cum* LVTHERO *eosque erraſſe dicit. Quod ſi in Cœna errarunt, poſſunt & in perſecutione errare. Alterum eſt quod* CALVINI *opera interfectus eſt, nam hic vt inimicum ſuum poſſet opprimere, ſubornavit accuſatorem ex culina ſua, hominem* SERVETI, *& Servetanarium quaeſtionum ignariſſimum, hoc vero tam longe a Chriſti natura abeſſe aiunt, quam abeſt a cœlo tellus, venit enim Chriſtus non vt perderet, ſed ut ſervaret. Tertium eſt quod tam crudeliter interfectus ſit, cum tamen ſupplex gladium petierit. Hæc crudelitas inaudita ſuſpicionem gignere poſſet, quaſi Genevenſes velint in gatiam redire cum Papa, & facto oſtendere, ſe ab ipſo non abhorrere, quamvis verbis in eum debachantur. Quartum quod ad interficiendum eum conſpirarunt Evangelici, cum Papiſtis, unde ſunt qui putant ſic inter eos coire amicitiam, quomodo inter Pilatum, & Herodem coiit, in Chriſti ſupplicio. Quintum eſt quod* SERVETI *Libri cremati ſint, id quod (ſicut & cætera) videntur a Papa didiciſſe. Et quidem ſi vera eſt doctrina* CALVINI, *de Prædeſtinatione, & Electione, non fuit, quod metuerunt, ne quem ſeduceret* SERVETVS, *ſi quidem electi, ſeduci non poſſunt. At ſi peccata fiunt neceſſario, & cogente* Deo, *non poterat* SERVETVS *non facere, quod fecit, nec poterant Calviniani non decipi, ſi futurum, ut decipiantur, nec decipi, ſi futurum eſt ut non decipiantur. Sextum crimen eſt, quod mortuus* SERVETVS *inſuper publice in concionibus damnatus eſt, ad æternum ſupplicium,*

cium, & ita damnatus, ut qui ſententiam FARELLVM *detonare audive-rint, dicunt ſe toto corpore atque animo horruiſſe. Septimum crimen eſt, quod in eum iam extinctum, ſcribere videtur* CALVINVS, *id quod ſimile videtur illius facti Iudaeorum, qui mortuo Chriſto, petierunt a* PILATO (CHRISTVM *impoſtorem appellantes*) *ut eius corpus cuſtodiretur: Sic* CALVINVM *formidare aiunt, non ne* SERVETI *corpus, clam tollatur (id ne fieri poſit* CALVINI *diligentia proſpectum eſt) ſed ne cineres loquantur. Alias, ſi volebat in eum ſcribere, debebat eo vivente ſcribere, vt ei reſpondendi eſſet poteſtas, quod etiam latroni permittitur.*

Nunc pergo ad ſcripta SERVETI.

SCRIPTA SERVETI

I.

De Trinitatis erroribus libri ſeptem per MICHAELEM SERVETO, *alias Reves ab Aragonia Hiſpanum. Anno MDXXXI. 8. XV. plagulae.*

§. I.

QVum de hocce libro data opera copioſe & accurate egerit vir longe doctiſſimus, IO. HENR. a SEELEN, (a) nos ea tantum dicemus, quae ille omiſit, ne actum agere videamur. *Hagenoae* illum eſſe editum, ex ipſa SERVETI certum eſt confeſſione, quam ex actis Iudicii cognouit cel. LA ROCHE. (b) Nuper vir celeberrimus, IOH. GEORG. SCHELHORNIVS, ſuſpicatus eſt, (c) ex officina IOH. SECERII, celeberrimi typographi Hagenoenſis, eum prodiiſſe, quoniam iisdem typis exſcriptus ſit, quibus alii libri, eiusdem SECERI typis editi. Quam ſententiam ſuam quoque fecit venerandus Theologus, GVSTAVVS GEORGIVS ZELTNERVS.

(a) In ſelectis litterariis p. 52. ſeqq. editionis ſecundæ.

(b) Memoirs of litteratur Tom. I. p. 246. A. Idem vero jam olim docuit DAV. CHYTRAEVS in *Saxonia* lib. XVIII. p. 472.

(c) In Amoenitatibus litterariis. Tom. III. p. 104.

(d) Typographum, qui librum hunc deſcripſit, miſere â Deo mulctatum eſſe HENRICVS BVLLINGERVS (e) auctor eſt: quod an ita ſeſe habeat, ignoro. Magno pretio hunc librum emi atque vendi ſolere, nullum omnino dubium eſt. In auctione bibliothecæ Dn. du FAY, quae Lutetiae Pariſiorum Anno 1725. habita eſt, exemplum eius una cum *Dialogis de Trinitate* quadringentis & quinquaginta libris Francicis redemptum fuit: quod, qui teſtis adfuit, Reverendus Vir MAGNVS CRVSIVS, nos docuit. Quod GODOFREDI IÜNGSTII quondam fuit exemplum, Theologi Bremenſis longe doctiſſimi, id viginti quinque imperialium pretio Bibliotheca Auguſta Guelpherbytana ſibi vindicavit. In eadem Bibliotheca exſtat etiam exemplum recentioris editionis libri huius, neſcio quo in loco aut a quo curatae. Nam quod rumor prodidit, non ignobilem prorſus eccleſiae noſtrae Theologum hanc editionem typis exprimi curaſſe, ut quaeſtum inde faceret, id ego non una de cauſſa parum veriſimile arbitror. Ceterum recentior haec editio prorſus ſimilis eſt antiquiori, ſi formam, numerum foliorum, aliaque ſpectes externa, at charta tamen paulo nitidior, typique litterarum antiquis aliquanto majores, & acutiores, fraudem intelligentibus ſine negotio produnt.

§. II.

Neque tamen credendum eſt, quod non paucos virorum eruditorum ſibi perſuaſiſſe video, antiquioris huius libri editionis tantam eſſe raritatem, ut difficillime vel unum

(d) In der kurtzen Nachricht des Lebens Joh. Lufft, fürnehmen Buchdruckers in Wittenberg p. 15. 16.

(e) Libro §. I. Not. k. citato: Vnd verſchuff das im anderſchwo ſine ſiben Bücher *de erroribus Trinitatis* getruckt wurdend. Vnd das geſchach im jar 1531. vnd bezalt vnſer Herr Chriſtus den trucker mit verdienten Lon alſo vnverzogenlich vnd grüwenlich.

num eius exemplum vix obtineri queat. Nam ut taceam, multis in Bibliothecarum indicibus eum memorari, mihi quidem amplius viginti exempla eius paſſim occurrerunt. Rariſſimus omnino eſt libellus hic, ſed ita eum eſſe rarum nego, ut multi exiſtimant, qui vix aliquot ſibi ſupereſſe perſuadent exempla. Duabus vero de cauſis factum arbitror, quod viri docti tam inſigniter rarum huncce librum exiſtimaverint. Primum, quod eum combuſtum eſſe ſibi perſuaſerunt: in qua ſententia multos eſſe viros, ceteroquin eximios, video IO. HENR. a SEELEN, (f) PET. ADOLPH. BOYSEN, (g) REINERVM TELLIERIVM (h) verſionis Belgicae auctorem, ANDREAM WESTPHALVM (i) IO. FRID. MAYERVM, (k) SAMVELEM FRIDERICVM LAVTERBACHIVM, (l) nec paucos alios. Sed hoc plane falſum eſſe, certum eſt. Quamvis enim LAVRENTIVS SVRIVS (m) & ODOR. RAYNALDVS (n) memorent, CAROLI V. confeſſorem, quum liber hic in comitiis Ratisbonenſibus proſtaret, curaſſe, ut exempla de medio tollerentur aut ſupprimerentur: nullius tamen bonae notae auctoris teſtimonio conſtat, eum flammis exuſtum eſſe. Sed confuderunt doctiſſimi Viri librum hunc cum RESTITVTIONE CHRISTIANISMI, quae Viennae & Francofurti, CALVINI rogatu, combuſta fuit.

§. III.

Altera ratio quare libri huius pauciſſima exempla reſtare

(f) In ſelectis litterariis p. 53.

(g) In hiſtoria SERVETI p. 12.

(h) In praefatione verſioni praemiſſa.

(i) De libris combuſtis Epiſt. I. p. 7.

(k) In hiſtoria Socinianismi p. 15.

(l) In *Ariano Socinismo, in Polonia olim* 1725. 8vo edito cap. II. §. I. p. 22. 23. qui eo usque progreditur, ut etiam neget, *Reſtitutionem Chriſtianismi* combuſtam eſſe, hunc autem librum ſolum igne periiſſe affirmet. Quod autem prorſus a vero abeſt.

(m) In Commentariis rerum ſuo tempore geſtarum p. 288.

(n) In Annalibus Eccleſiaſticis ad annum 1523. p. 652.

ſtare putarunt, haec eſſe videtur, quod exiſtimarunt, Reſtitutionem Chriſtianismi alteram eſſe editionem libri de Trinitatis erroribus, eamquo locupletiorem. Nam quum Reſtitutio Chriſtianismi inprimis rara ſit, vixque usquam formis expreſſa reperiatur, ideo contigit, ut librum hunc, quam primam credebant editionem eſſe eius Reſtitutionis, aeque rarum & difficulter inveniendum eſſe ducerent. Multis autem iterum doctiſſimisque viris hanc placuiſſe ſententiam video: atque CHRISTOPHORVS SANDIVS (o) iam obſervavit, multis Reſtitutionem Chriſtianismi ſecundam editionem librorum de Trinitate vocari. Nuperrime Vir longe doctiſſimus DANIEL MAICHELIVS (p) Theologus Tubingenſis eandem profeſſus eſt opinionem, cuius verba iuvat hic adſcribere: *Nec ſilentio praetereundi ſunt duo libri hodie rariſſimi, qui in hac Bibliotheca inveniuntur, vt* MICHAELIS SERVETI *liber de Trinitatis erroribus, & Optatus Gallus de cavendo Schismate. De primo conſtat, eum Genevæ ob hæreſin combuſtum eſſe. Sunt vero huius libri duæ editiones, altera de anno MDXXXI. altera MDLIII. poſterior vix amplius hodie invenitur.---Prior vero editio, utut maxime rara, in quibusdam tamen Bibliothecis invenitur, & habetur eius quoque exemplar in Bibliotheca Colbertina, quod regio adhuc praeſtantius & perfectius eſſe apparet.* Verum hanc quoque ſententiam nullo ferri modo poſſe, vel ea declarant, quae CHRISTOPH. SANDIVS de *Reſtitutione Chriſtianismi* memorat: ex quibus intelligitur, eam & libros *de Trinitatis erroribus* plane inter ſe differre. Notavit jam hunc errorem, praeter alios, RICHARDVS SIMONIVS. (q)

§. IV.

(o) In Bibliotheca Anti-Trinitariorum p. 14.

(p) In Introductione ad hiſtoriam litterariam de Bibliothecis Pariſienſibus. Part. I. Cap. I. §. 25. p. 44. edit. Cantabr. ubi praeſtantiores Bibliothecae regiae codices enumerat.

(q) Bibliotheque Critique ou Recueil

§. IV.

Ceterum quod idem Venerandus MAICHELIVS ſcribit, exſtare in Bibliotheca regia Pariſienſi exemplum horum librorum, ſed imperfectius illo, quod in Bibliotheca Colbertina aſſervatur, id recte ſeſe habet. Nam in regio exemplo deſunt duo dialogi de Trinitate, qui Colbertino exemplo adiuncti ſunt : at regium tamen viciſſim exemplum alio nomine praeſtantius eſt & perfectius Colbertino. In extremo enim codice reperitur confutatio MSta libri huius SERVETI auctoris neſcio cuius. Initium confutationis hoc eſt: *Primum fateri oportet, nos omnino voces deficere, quibus de hoc tanto myſterio loquamur proprie & ſimpliciter: eſt enim ineffabile &c.* Finis vero hic eſt: *Quare ſicut Chriſtus noſter Satanæ teſtimonium repudiavit, ita nec nos amplecti debemus, quæ hic hæreticus de Domino noſtro Ieſu Chriſto ſubinde magnifica prædicat cum aperte id ideo faciat, ut eum inoffenſius vera divinitate ſpoliet.* Debeo haec indicio Max. Reverendi CRVSII. De ſumma ſtyli barbarie, Doctorum ſcholaſticorum aſſiduam lectionem ſpirante, cum alii iam egerint, nihil equidem commemorabo. Ipſam etiam doctrinam libro hoc contentam nunc quidem non explicabo, praeſertim cum videam Venerandum Virum IOH. FRANCISC. BVDDEVM (r) & alios ſatis diligenter de ea expoſuiſſe.

II.

Van de Dolinghen in de Drie Vuldigheyd Seven Boecken Eertyds in latijn beſchreven door MICHIEL SERVETVS, *gheſeyt Reves van Aragonien, Spaenjaerd: Ende Nu ghetrouwelijck overgeſet in onſe Nederlandſche tale, door R. T. Hier ſün noch bijghevoegt eenige andere kleyne Tractaetjens*

Recueil de diverſes pieces Critiques Tom. I. chap. III. p. 34. 35. ubi hos etiam libros recenſet.

(r) Inſtitut. Theol. dogmat. Lib. II. cap. III. 415. ſ.

jens van den ſelven Auteur. 1. *Theſſ.* 5. *Proeft alle dingen, ende behout het goede.* 1. *Joan.* 4. *En gelooft niet eenen yegelücken geeſte, maer beproeft de geeſten of ſy uyt God ſün. Matth.* 15. *Alle plantinge, die mün hemelſche Vader niet geplant en heeft, ſal uytgeroeyt worden.*

Ghedruckt. In't iaer ons Heeren 1620. in 4.
1. Alph. 3. Bogen.

§. I.

Belgica haecce verſio libri SERVETI *de Trinitatis erroribus* ſine loci mentione tum prodiit in Belgio, quum turbis & controverſiis Arminianis omnia ferverent. Auctor eius REYNERVS eſt VITELLIVS, (s) id quod IOH. MÖLLERVS iam docuit apud VINCENTIVM PLACCIVM, (t) homo partibus Arminianis inprimis addictus. Compoſuit is hanc verſionem in ipſis harum turbarum initiis, diu ante Concilium Dordracenum: ſaltem 1614. ea iam perfecta & ad SIMONEM EPISCOPIVM (u) ab auctore transmiſſa fuit. Patet id ex epiſtola EPISCOPII illius a PHILIPPO LIMBORGIO edita. Sed quod proſpiciebant Remonſtrantes editione illius adverſariorum animos exacerbatum & ſuſpicionem amplificatum iri, acſi faverent hoſtibus divinitatis Chriſti, committere noluerunt, ut publicam lucem adſpiceret. Operae pretium iudicio, graviſſima EPISCOPII verba, quibus diſſuadet & deteſtatur huius verſionis editionem, ex epiſtola iam laudata apponere. *Remitto tibi cum gratiarum actione librum tuum præſtituto die: beneficium enim interpretor illius communicationem, non beneficii alicuius præſtiti*

(s) Ill. olim. Vir GERH. a MASTRICHT ep. ad MOSHEMIVM data A. 1717. d. VIII. Febr. REINERVM vocat TELLERVM, quod melius reſpondet litteris in fronte libri poſitis R. T.

(t) In theatro Anonymorum & pſeudonymorum cap. XII. num. 1943. p. 501. b.

(u) In Epiſtolis claror. & praeſt. virorum n. CCXXVIII. p. 383. ed. tertiae.

præſtiti compenſationem. Sed quid intelligo? obſtupui profecto & cohorrui, cum propoſitum veſtrum de edendo in lucem auctore hoc, & vernaculum faciendo, ex litteris tuis perſpicerem. Itane, mi vir, talem librum, & hoc ſæculo? Quid agitis & ſuſcipitis? Satisne ſubducta ratione? Librum, inquam, tam variis erroribus & ſpeculationibus, neſcio an magis Metaphyſicis quam Talmudicis, refertum, tam periculoſum & noxium, & iam ab orbe toto damnatum & reprobatum? & quidem hoc tam exulcerato ſæculo, tam turbido, & commoto? Nondum ſatis turbarum & litium excitatum vidiſtis ex tam levibus & facilibus articulis quibusdam, ut oleum camino æſtuanti addendum eſſe putetis, & novas tempeſtates, novos fluctus ciere, & tam gravium tam inſulſorum (ita enim multa mihi videntur) ſementem hanc horrido conatu libeat tentare? Sufflaminanda profecto, & omnibus viribus reprimenda & refrænanda illa videntur eſſe ingenia, quæ ad conflictum & pugnam pruriunt: & vos novis ſtimulis irritanda putabitis? Nolite, quæſo, incerti lucelli & privati commodi ſpe publicam tranquillitatem importuna & inepta eiusmodi librorum editione perturbare. Si vobis veritas divina ſimpliciſſima & Eccleſiarum pax cordi eſt, deſiſtite ab iſto conſilio, cujus vos alias aliquando poenitebit ſerio & fortaſſe ſero. Anima ſaltem mea non veniat in conſilium veſtrum. Sed poſt habitum concilium Dordracenum, cum nimis gravi iniuria Arminiani putarent ſe affectos eſſe, diutius ſe non continuit TELLIERIVS, ſed verſionem ſuam in lucem protruſit. At ſuſpicor tamen, cum intellexiſſent Remonſtrantes, ſub prælo illam verſari, litteris & monitis impediiſſe hominem, quo minus omnia perficeret, quae meditatus erat. Namque in ipſo libri titulo & poſt praefationem monetur, *Dialogus* SERVETI *de Trinitate* & alia quaedam eius opuscula

libro

libro huic eſſe addita. (x) Sed in extremo libro nihil eiusmodi reperitur: nec ullum exſtat verſionis huius exemplum, id quod explorate novimus, cui haec ſint addita. Quare veriſimile putamus, Arminianos conſilio hominis interceſſiſſe, quod nimis illud noxium ſibi fore ducerent. Vir illuſtris, GERHARDVS A MASTRICHT, exiſtimabat olim, praepotentes Belgii ordines prohibuiſſe, ne pergeret Typographus. Sed multae cauſſae ſunt, quae hanc coniecturam infirmant: ipſa enim verſio, ſi hoc ita ſe haberet, ſine ullo dubio de medio ſublata fuiſſet; at huius tamen ſatis multa publice ſemper in Belgio vendita ſunt exempla.

§. III.

In praefatione interpres fingit, ſeſe partibus aſſeclam CALVINI addictum eſſe. Namque negat praedeſtinatos & electos in errorem induci ullo modo poſſe, & IOH. BOGERMANNVM, ceterosque reformati coetus doctores, qui tum temporis in Belgio CALVINI & BEZAE ſententiam tuebantur, haereticos poenis capitalibus affici poſſe, defendere vult videri. Quanquam qui naſum habent, ſine ullo ſtatim negotio perſpiciunt, hominem perpetua uſum eſſe ironia, & doctores hoſce accuſare potius, quam excuſare & defendere voluiſſe. Cauſſam cur hunc librum verteret, hancce ſive primam fuiſſe dicit, ut ex ea interpretatione intelligi poſſet, quo jure Genevenſes SERVETVM comburi iuſſiſſent, quatenusque veritati conſentanea ſint, quae homini huic vulgo exprobrari & crimini dari ſolerent. Quod tamen dum facit, perperam narrat, librum hunc Francofurti ad Moenum combuſtum eſſe: quod non huic libro, ſed

(x) Poſt Praef. haec leguntur: *Behalven de VII. boecken van de dolingen in de Drievuldigheyd, ſijn in dit ſtuck noch begrepen: (II) Tſamen ſpreckinghen van de Drievuldigheid (IIII) Capittellen van de Rechtverdigheit des Ryx Chriſti, waer van't I. handelt van de Rechtweerdigmackinghe: Het II. van't Rycke Chriſti: Het. III. van de verghelickinghe des weets ende des Evangeliums: ende't, IV. van de liefde,*

ſed *Reſtitutioni Chriſtianismi* accidit. (y) Deinde hac etiam de cauſſa hunc ſeſe laborem ſuſcepiſſe perhibet, quo nonnullorum coerceret amentia, qui reformatae eccleſiae ſententiam de haereticis occidendis maligno dente carperent. Solere quidem hos ad exemplum IESV CHRISTI provocare, qui diſcipulos increpaverit, cum ignem de coelo in Samaritas immitti vellent: eosdem parabolam CHRISTI Matth. XIII. de herba dumoſa, quam Paterfamilias ſervos evellere vetuerit, aliosque ſacrarum litterarum locos teſtari. Verum homines hoc modo ſuam tantum inſcitiam prodere: multum enim intereſſe diſcriminis inter id, quod Eccleſia Romana eaque falſa & quod vera Eccleſia Reformata faciat. (z) Argumenta haec & alia pontificios quidem vehe-

(y) Ipſa ſubiiciemus verba Belgica: *Het gene wy u hier geven, onpartijdige Chriſtelijcke Leſer, is het werck van een man, die, om dat hy by ſijn, ick en ſegge niet waer, oft valſch, geloove (God alleen ſal hat oordeelen) tot den uyterſten adem ſijns levens toe, volſtandigh, of (ſoo het andere noemen) hartnechig ghebleuen is, ende niet ſoo veel als een i breed daer af en heeft willen wijcken, te Geneven in den jare* 1553. *levendigh met den viere verbrandt is gheworden. Wy en hebben noch koſt noch moeyte gheſpaert om dit boech, daer van de copien meeſt al te male, door toedoen van de vyanden des Auteurs, tot Francford verbrandt waren te bekomen, ende overgeſet ſijnde in onſe Nederduytſche ſprake, door den druck eenen yegelijcken onſer Landeslyden ghemeyn te maken, niet om yemand in ſijne mogelijck alreeds aenghenomene delingen te ſtijven, veel min, om d'uytverkorene ('twelcke doch onmogelijck is, ende verre van ons ſy) te verleyden: maer vornemelijck om den opmerkenden ende waerheyd-lievenden Leſer uyt den droom te helpen, ende als met eygen oogen te doen ſien, waer de ſake eigentlijck vaſt is, hoe verre't-gene men den verbranden Auteur heeft naghegeven met de waerheyd over een komt, ende wat recht de Kerckenraed ende Magiſtraet van Geneven gehadt hebben, om hem tot ſoo harden dood te veroordeelen, en de 't ſwaerd, daer hy om badt, te weygeren.*

(z) *Dit is principalijck ons ooghemerck, waer by wy oock voegen, dat hier door mogelijck ſommighe koele*

troevers

vehementer urgere, qui quatuor potentiſſimis Doctoribus gladio, igne, cruce & aqua rationes ovium IESV CHRISTI ex ſacris litteris depromtas refellere ſoleant, verum contra Reformatam Eccleſiam nullam omnino vim habere. Atque id egregie demonſtraſſe Snecanos ſacrorum miniſtros in longa & copioſa praefatione libro THEODORI BEZAE praeſtantiſſimo de haereticis occidendis belgice verſo praemiſſa. (a) Romanam quidem Eccleſiam ſic argumentari ſolere:

---

troevers de mond ſal geſtopt worden, die huyden ten dage de leere van't Ketterdooden ſoo leelijck afſchildern, ende ſelfs de Ghereformeerde Kercken, om het drijven der ſelve, ſeer jammerlijck over den hekel halen, al tijd voortkommende met het exempel onſes Heeren Ieſu Chriſti, de welcke, ſoo hy met ſijne diſcipulen opgingh na Ieruſalem, ende, overmits de gheſchillen in't ſtuck der religie tuſſchen de Ioden ende Samaritanen in ſwange gaende, geen herberge konde bekomen binnen Samaria, van Iacobo ende Ioanne wel gevraegt is geworden, of ſy't vier wilden doen komen van den hemel, gheliyck oock Elias gedaen hadde, maer gheantwort heeft, ſy en wiſten niet wiens geeſts kinderen dat ſy waren, ende des menſchen Sone was niet ghekomen om de zielen der menſchen te vorderven, maer te behouden. Dit exempel (ſegg' ick) als ook het ghebodt van het goede jaed, dat de huyſvader in ſijnen acker gheſayt, ende 't onkruyd, dat ſijn vyand naderhand heymelijck ende by nachte daer onder gheworpen hadde, ghelijcklijck op te laten waſſen tot den dage des oegſtes, met diergelijcke Schrifttuer plaetſen, ende andere redenen meer, hebben deſe luyden evenſtaag in de mond, ende meynen derhalven in hare tegenſprekinge wonderlijk wel ghefondeert te weſen: maer eylacen ſy geven genoeg te kennen, dat ſy in Goddelijcke ſaken off ſeer lauv ende flauv ſijn, oft immers het merckelijck onderſcheydt, datter in deſen deele is tuſſchen de valſche Roomſche, ende de ware Ghereformeerde Kercke, in't minſte niet en verſtaen.

(a) *Want al is het ſchoon ſake, dat hare argumenten grooten ſchijn van waerheyd hebben, ja noodſakelijck moeten ſtad grijpen tegen de wrede ende afgodiſche Romaniſten, welcke, daer ſy behoorden d'onnooſele Schaepkens Chriſti met ſchriftuerlijcke redenen t'onderwijſen, tegen de ſelve (wanneer ſlechts hare armen ſoo verre konnen reycken) ghemeynlijck plegen*

re: hoc credendum eſt: quoniam eccleſia iubet. At Reformaros non Eccleſiæ mandatis, ſed ſacrarum litterarum oraculis unice inniti. Ex quo pateat, eos in maximo verſari errore, qui ſic calculos ſubducant: Peccat eccleſia Pontificia, dum haereticos occidit: ergo Reformati quoque peccant, quando morem hunc eorum imitantur. (b) Poſſe ſubiicit longam hac de re diſputationem a ſe inſtitui, ſed luculenter & copioſe hoc iam feciſſe, cum Sacerdotes Snecanos,

plegen te diſputeren met hare ghewel-dighe vier Doctoren, ſwaerd, vier, galge, ende water: ſoo en gelden ſy evenwel tegen de Ghereformeerde Kercke ganſch niet met alle, ghelijck de E. E. Predicanden van Sneeck in hare wijdloopige voorreden over het treffelijck boeck van't Ketter-dooden, ghemaeckt by den Hoog-gheleerden man Theodorus Beza, ende by hunne Waerde ghetrouwelijck overgheſet, grondelijck ende bondelijck ſijn bewerende.

(b) *Reden, want by den Papiſten gheloof t men al dat de Kercke ſegt, alleenlijck om dat ſy het ſegt, ende wie daer tegen durft kicken, die is een Ketter, ende ruckt na de mutſaerdt dat het goet jaer heeft: Maer wy Ghereformeerde gelooven onſe Kercke, niet om dat ſy het ſegt, maer om dat wy weten, ende in onſe herten overtuygt ſijn, dat het gene ſy ſegt, gegrondt is in Godes word, Wand ſy (lieve vrienden) en meent niet, (ghelijck de Roomſche) maer weet, ende is wel verſekert, dat ſy de ſuyvere waerheyd heeft, Daerom ſy oock de eens by haer aenghenomene Leere vaſtelijck houden wil, ende dat niet uyt hartneckigheyd (als ſommighe ſtoutelijck dorven ſeggen) maer uyt een Godvruchtige ſtantvaſtigheyd, ſoo de wijdberoemde Doctor Franciſcus Gomarus in ſijne Waerſchouwinge claerlijckt betuygt. Siet mannen, indien de Papiſten in plaetſe van dat ſy ſeyden,* men moet de Kercke gelooven, om dat ſy het ſegt, *geſeyt hadden,* men moet de Kercke geleeven, om dat ſy weet, ende in haer herte overtuygt is, dat het gene ſy ſegt, gegrondt is in Godes woort, *ſoo ſoudt ghy de Roomſche ende Ghereformeerde Kercke noch eenig ſins mogen by malkanderen verghelijcken, maer nu ſiet gey wel datter al te grooten* klove *tuſſchen beyden beveſtigt is, ende doolt daerom grovelijck, als ghy dus armelijck redenkavelt, ſeggende, de Roomſche Kercke heeft in't Ketterdooden ghedoolt, Ergo oock de Ghereformeerde.*

canos, tum multos alios auctores, & nunc idem facere auctorem libri Belgici *de Poliiſt-Steen* dicti. Ad hos igitur ſeſe lectores remittere, eo quod ſatius ſit ex limpidiſſimis Genevenſium fontibus, qui ad ipſos usque Indos manaverint, quosve doctiſſimi hi auctores biberint, haurire. (c) Hebes plane ſit, qui non ſtatim ſentiat, totam hanc orationem fallacem eſſe & ad ſpeciem inſtitutam. Ceterum quod Auctor perhibet eo tempore, quo hanc compoſiuit praefationem, librum Belgicum *Polijſt-Steen* prodiiſſe, id argumento eſt, eam ptrefationem diu ante concilium Dordracenum ipſiusque verſionis editionem exaratam eſſe. Belgius enim ille liber non ita multo poſt initium turbarum Arminianarum exiit. (d) Quod ad ipſam verſionem attinet, illa, id quod exploratio nos ſuſcepta docuit, ſatis accurata

(c) *Hier ſie ick nu een ruym veld voor my open, ende ſoude wijdloopigh van deſe ſchoone materie mogen handelen, Doch alſoo het ſelve, niet alleen by de voornoemde Predicanten, maer oock by veel andere Schrijvers, al lange vor deſen gedaen is, endt noch tegenwordich ghedaen wordt by den Auteur des boexkens ghenaemt de* Polijſt-ſteen, *die in ſijn tvvede Schrift, dat gedruckt is, ſulcke tegenſprekers al anders, dan ick te klancke gaet, ende laert niet laſteren 'tgene ſy niet en verſtaen, ſelſs met uytdruckinge van ſijn naem ende bynaem, ja van drucker end' plaetſe, Soo hebb' ick het liever vor dit mael hier by te laten, ende u, onpartijdige Leſer, tot ſoodanige ſuyvergeleerde Schrijvers te verſenden, die uvven brandigen dorſt met haer ſchriftmatig ende landbevordelijck vvater ghetrocken uyt de ſpringende borre van Geneven, vvelcker ſtralen tot in Ooſt-Indien toe verſpreyt ſijn, overvloedelijck ſullen leſſchen. Neemt ſlechts middeler-tijd deſen onſen arbeyd in dancke, ende doet met het leſen deſes boex u profiit, ghedachtig ſiinde het oudevvourd des gheleerden Plinii, die te ſeggen plagh, datter geen boeck ſoo quaed is, of men vindter vvat goeds in, geen bloemken ſoo geringe, of al ſuygter de ſpinnekop haer venijn uyt, het bijeken leeſter ſijn honig af.*

(d) Videatur PHILIPPI A LIMBORG relatio hiſtorica de origine & progreſſu controverſiarum in Belgio de praedeſtinatione p. 21. 22. Ad calcem edit. quartae *Theologiae Chriſtianae.*

curata & fidelis eſt, mentemque Auctoris multo evidentius exprimit, quam latinus fons. Interpres paſſim in ora libri notulas quasdam addidit, quibus ea explicat, quae rudioribus obſcuriora videri poſſent. Ita f. 10. b. quid Theologis communicatio idiomatum ſit, exponit. f. 40. b. vocem Chimera illuſtrat.

III.

Dialogorum de Trinitate libri duo. De Juſtitia regni Chriſti, capitula quatuor per MICHAEL SERVETO, *alias Reves, ab Aragonia Hiſpanum. Anno MDXXXII.* 6. Bogen 8.

DE his Dialogis nolumus ea repetere, quae CHRISTOPH. SANDIVS, (e) IOH. HENR. a SEELEN, (f) RICHARDVS SIMONIVS (g) & alii dudum memorarunt. Notum eſt plerisque, retractaſſe veluti in illis SERVETVM, quae praecedenti anno, libris de TRINITATE ſcripſerat, verbaque non minus quam ſententias correxiſſe & emendaſſe. At ſtilus tamen libro non multo eſt caſtigatior & elegantior illo, quem in libris de TRINITATE adhibuerit. Pleraque exempla libri de Trinitatis erroribus, hos Dialogos adiunctos habent. Nam mercator librarius, cuius ſumtibus libri de TRINITATE prodierant, nondum omnia vendiderat eorum exempla, cum SERVETVS hos Dialogos protruderet & Libros de TRINITATE publice veluti repudiaret. Itaque veritus, ne quae ſatis multa ſuperarent librorum de TRINITATE exempla nullos aut raros inveniret emtores, noluit *Dialogos* ſeparatim vendere, *libris de* TRINITATE coniunxit. Hinc apparet, quid cauſſae ſit, quod nonnullis exemplis librorum de TRINITATE Dialogi hi ſint additi, ab aliis vero abſint; ſcilicet quae poſt editos *Dialogos* vendita ſunt.

(e) Bibl. Anti-Trinitariorum p. 11. 12.

(f) In ſelectis litterariis p. 66.

(g) Loco ſupra citato.

IV.

CLAVDII PTOLOMAEI *Alexandrini geographicae enarrationis Libri octo; Ex* BILIBALDI PIRCKHEYMHERI *translatione, ſed ad graeca & priſca exemplaria a* MICHAELE VILLANOVANO *iam primum recogniti. Adiecta inſuper ab eodem ſcholia, quibus exoleta urbium nomina, ad noſtri ſaeculi morem exponuntur. Quinquaginta illae quoque cum Veterum tum recentium tabulae adnectuntur, variique incolentium ritus & mores explicantur. Lugduni ex officina* MELCHIORIS & CASPARIS TRECHSELII *fratrum MDXXXV. folio maiori.* Typi ſatis auguſti ſunt, additaeque paſſim figurae ligno eleganter ſatis inciſae, ornandi voluminis cauſa.

CVm rariſſimus ſit hicce SERVETI *Ptolomæus*, Virque celeberrimus MICHAEL DE LA ROCHE publice optaverit uberiorem eius notitiam, (h) denique ex hoc libro diiudicandum ſit, utrum SERVETVS recte a CALVINO accuſatus ſit, quod MOSEN pro impoſtore habuerit, nec ne? accurate & copioſe de argumento & rationibus eius exponemus. Poſt titulum Libri Praefatio ſequitur SERVETI, quam totam deſcribemus, quoniam ex ea non modo intelligitur, quantopere SERVETVS in Gallia, & ſtylo & eruditione profecerit, ſed & totius operis forma & ratio cognoſcitur.

MICHAEL VILLANOVANVS
Lectoribus S.

NOn ab re fuerit, Lector amice, de CLAVDIO *noſtro paucula hic hic praeſcribere ac demum quid nos in hac editione praeſtiterimus, comminiſci. Fuit* PTOLEMAEVS *Alexandria Aegypti urbe regia oriundus Graecas literas, quibus tunc Aegyptus imbuebatur, abunde doctus; tametſi & Rhodi egerit aliquando: Philoſophus, Aſtrologus, iuxta ac Mathe-*

(h) Biblioth. Angloiſe Tom. V. P. I. p. 22. & alias.

Mathematicus ſtrenuus, quod & alia eius monumenta teſtantur. Floruit ſub TRAIANO, ADRIANO *&* ANTONINO PIO *Caeſaribus. Tanta in orbe perluſtrando eius fuit ſolertiae plus quam Herculea gloria, ut terrarum orbem ſine bello invadens ſub regulam quandam cenſeri coegerit, & nobis fruendum deſcriptum tradiderit. Nec id ſolum praeſtitit, ſed coeleſtia tereſtribus coniunxit, eorum menſuras in unum coagens. Fuit* STRABONE, PLINIO *&* POMPONIO MELA *poſterior, ſed qui illos & priores omnes in Geographico artificio facile ſuperarit. Quod ad nos attinet vires omnes ac nervos intendimus, in corruptis emendandis & recluſis explicandis. Periculoſus utraque parte labor, nec alicui hactenus attentatus; ſed pius, & qui veniam nobis impetret, ſicubi locorum lectori non fecerimus ſatis. Illud ne tacuerim: Ex aliis codicibus cum Graecis tum latinis, aliorumque autorum aſſidua lectione, locos ad multa milia nos reſtituiſſe. Quorum centurias aliquot referre operæ precium foret, ut ſpecimen aliquod guſtaturis praeberetur. Sed unius Narbonenſis Galliæ exempla ſat erunt. Libro II. Capit.* 10. *tabula* 3. *Europae, Chetirae civitas prius legebatur, cum ex Graeco Codice Baetirae fuerit legendum, quae eſt Biterrenſis civitas, vulgo dicta Beſiers: Stephanus etiam Betarram nominat, Mela Plinius & Strabo Bliteram. Foſſae marinae ibidem legebatur, cum Foſſas Marianas a Mario Ro. Conſule dictas ſcriptores omnes teſtentur quas nunc Aquas mortuas vocamus. Item flumen Sicarus in altero exemplari legebatur, in altero Tiſara, cum neutro modo fuerit legendum, ſed Hiſara, ſive Graecum exemplar, ſive aliorum ſcripta, & maxime Caeſaris commentarios quis inſpiciat. Adſtipulatur etiam hodiernum nomen quod idem Auuius vulgo retinet. Nec illos taceam qui pro Arari fluvio ibidem ſcripſerant Anar, & pro Dubi Buden, Cepero pro ceſſero, Loavenniorum pro Avenniorum colonia, ſem-*

pos

poſ populos pro Sentiis, quos hodie Dignenſes. Omiſſa quoque cabelliorum colonia duas Maſſilias fecere, alteram Graecam, alteram non Graecam. Orobius inſuper ſcribitur ibi fluvius, qui obris ceteris dicitur. Emendaſſemus etiam, ſi licuiſſet Toloſae ſitum qui ad Garumnae, non Illeris fluvii ripam conſiſtit. Longitudinum & latitadinum numeros quos emendavimus ne cui ſim moroſus, hic ſubticebo, cum ii ſatis legenti & conferenti patuerint. Nec in ea re a Ptolomaei mente diſceſſimus, ſed tantum iuxta priores typos librariorum reſtituimus errata. Libro octavo qui ſupra alios, ſi Bilibaldo & Eraſmo credimus, caſtigationem deſiderabat, adnotatiunculam adiecimus, qua etiam ſi totas ille liber periret facile quisque vel mediocriter in Mathematicis peritus, non ſolum in urbibus a Ptolomæo ibi deſcriptis, ſed in aliis quibuscumque maiorum dierum quantitates, & ab Alexandria diſtantias metiri queat. Illud item ſciendum, ſitus ordinem aliquando praepoſterum, nec eundem eſſe in Ptolomaei traditione & noſtra interpretatione, parumper ab ipſo commiſſa tranſpoſitione locorum, ut inter Nemetos & Vangiones Germanos hodie populos in tabula Belgicae Galliae commemoratos: & inter liburnum portum & Populonium promontorium ſive Populonium urbem in Tyrrheno Italiae pelago. Nos enim vera nomina in margine reddidimus, ſed ipſe priores poſuit, qui eo, quo ipſe procedebat ordine, poſteriores eſſe debuere. Eodem littore inter Felamonem, Hoſſam & Coſſas tranſpoſitio eſt. Idem commiſſum in Alpium montium nominibus, quod ANDREAS ALCIATVS *in Tacitum annotavit. In liguriae maritimis Jacobus Bracellius ordinem a Ptolemaeo alium nos docuit. Sed hactenus de iis quae corrupte legebantur. Scholia deinceps adiecimus, quo lectio eſſet dilucidior, ſuavior & plenior, quae quantum adiumenti lectori ſint allatura eorum eſto iudicium, qui lectionis uſu experimentum*

tum

tum fecerint. In evolvendis ſane tum Graecorum tum Latinorum poematibus, hiſtoriis, & aliis ſcriptis: quum de regionibus, civitatibus, montibus, & fluminibus, quod perſaepe fit, ſermo inciderit: ſi ſe tunc ad noſtri Ptolomaei lectionem quis deflectat: urbium nomina cum priſcis & poetarum nominibus conjuncta, & ad noſtri temporis ſermonem coaptata, iucunditatis nonnihil procul dubio lectori ſunt allatura cum nuda Ptolemaei lectio parum venuſta hactenus viſa ſit. Et quo magis tyronum animos ad hanc lectionem intenderemus, materna lingua tanquam faciliore plurima urbium vocabula explicuimus: ut cum Gallis Gallice, cum Germanis Germanice, cum Italis Italice, cum Hiſpanis Hiſpanice loqui videremur: quorum omnium regiones vidimus & linguas utcumque nouimus. In reddendis ſermoni vernaculo urbium nominibus ſcriptorum auctoritate propria experientia, certiſſimis conjecturis, quoad eius fieri potuit, ſumus connixi. Ceterum plurimas earum quae a Ptolomaeo ſunt deſcriptae, cum ſint exciſae, nos ſilentio praeterivimus. Aſt ubi deſolatarum eodem aut proximo loco urbes aliae ſucceſſere, novam ſtructam loco ſcriptae deſtructae ſubrogavimus: in margine quidem, nam ipſum Ptolemaei ſcriptum inuiolatum eſſe volumus. Quam noſtram operam ad provinciarum orbis notitiam & praeſentium cum praeteritis collationem, quae ſuavis eſt exercitatio, maxime facere, nemo, ni fallor, inficias iturus eſt: niſi Zoilus quispiam ſit frontis perfrictae, qui aliorum ſudores nequeat ſine livore dimetiri. Quisquis vero ſis candidus lector, noſtras ſpero vigilias acceptas probatasque feres. Vale.

§. II.

Excipit hanc praefationem BILIBALDI PIRCKHEYMHERI Dedicatio, ad SEBASTIANVM Epiſcopum Brixinenſem: qua finita ſequitur ipſe PTOLOMAEVS. Huius ad marginem

 leguntur

leguntur SERVETI ſcholia, de quibus in Praefatione. Eruditio ſane ex illis, & varia lectio in Graecis latinisque Scriptoribus elucet, ut & Matheſeos peritia, Geographiae recentioris & Aſtronomiae. Explicat ſubinde Autorem, ubi obſcurior eſt, alibi argumenta tantum adnotat, alibi emendat errores, alibi varias lectiones obſervat, ſed omnia brevibus agit. Maxime hodierna urbium nomina curate obſervat. Notat quoque, ſi urbs quaedam facto quodam & eventu in Hiſtoria ſacra aut profana celebris eſt. Finito PTOLOMAEI opere, ſequuntur quinquaginta veteris Geographiae tabulae ex mente PTOLOMAEI, quarum ſingulis SERVETVS breuem adiecit introductionem, uberioremque deſcriptionem recentioris ſtatus addidit, cum regionum ipſarum, tum incolarum terrarum illarum, quas tabulae exhibent. Stylus ſatis elegans & comtus eſt, ratio tota ſcribendi talis, ut auctoris varia lectio, rerumque Geographicarum, & Hiſtoricarum & Mathematicarum peritia ſatis inde appareat. SERVETVM vero introductionis huius Auctorem eſſe ſtatim ex inſcriptione conſtat, quae haec eſt: *Europae regionum traditio recens* MICHAELIS VILLANOVANI. I. Tab. agit de *Britannia* & *Hybernia*. II. de *Hiſpania*: hic Gallos & Hiſpanos inter ſeſe comparat SERVETVS, & certe civibus ſuis non blanditur, ſed multa de iis laude non adeo digna refert. *Inquietus eſt & magna moliens Hiſpanorum animus, felicis ſunt ingenii, ſed infeliciter diſcunt. Semidocti, iam ſe doctos putant, ſapientiam maiorem, quam habeant, ſimulatione & verboſitate quadam oſtentant, Saphiſticen plus ſatis diligunt - - multis nominibus & conſuetudinibus barbariem colunt.* Mox addit: *Habentur etiam Hiſpani in religionis ritibus ſupra omnes mortales ſuperſtitioſi.* Sequitur tabula III. de *Gallia*: Hic memoratu dignum, quod de ſanatione decantata Regum Galliae notat. *De Rege Galliae memoratur*, inquit, *quod Rex ipſe ſolo contactu*

tactu ſtrumas ſive ſcrofulas curet. Vidi ipſe Regem plurimos hoc languore correptos tangentem, an ſanati fuerint non vidi. IV. de *Germania*: hic ultima verba iterum notatu digna ſunt, eo quod indicare videantur, tum Anno MDXXXV. non a Pontificiorum religione adeo noſtrum abhorruiſſe. *Sunt*, ait, *etiam Germani in DEI cultum propenſi excepto quod imbutas ſemel opiniones non facile deſerunt, nec in Schiſmate queunt ad concordiam reduci, ſed haereſin quisque ſuam valide tuetur.* Quamquam haec ideo tantum ſcribere potuit, ut tutius lateret. V. de *Germania ſuperiori*, ſpeciatim *Bavaris*. VI. de *Italia*. VII. de *Sicilia*, *Sardinia*, *Corſica*. VIII. de *Polonia*. IX. de *Hungaria*. X. de *Macedonia*, *Theſſalia*, *Achaia*. XI. de *Aphrica*, quae quatuor repraeſentatur tabulis. In hac ubi ad Aegyptum venit, de MOSE non recte ſentire videtur. *Ad Aegyptios*, ait, *prius, ut mores illorum leges & ſapientiam, quibus tum omnes terrae nationes facile anteibant, perciperent, multi tranſiere, ut* ORPHEVS *poetaque* HOMERVS, MVSAEVS, MELAMPODES, DAEDALVS, LYCVRGVS, *Spartanus*, *deinceps* SOLON *Athenienſis*, PLATO *Philoſophus*, ac SAMIVS *Pythagoraeus*, *& huius diſcipulus* SAMOLOXIS. EVDOXVS *quoque Mathemathicus*, DEMOCRITVS *Abderites* & INOPIDES *Chius*, MOSES *Hebraeus & alii quamplurimi.* MOSEN ultimo loco ponit, deinde ſic de eo loquitur, acſi quoque Aegyptum diſcendi cauſa acceſſiſſet, quod cum SS. litteris pugnat. XII. de *Aſia*, quae tabulis duodecim ſiſtitur. XIII. de *Terra nova*, a COLVMBO reperta, duabus tabulis memorat. Et hae quidem tabulae omnes antiquam ſiſtunt Geographiam. Sequuntur, quae recentiorem ſtatum deſignant 1. *Angliae & Hyberniae*, 2. *Hiſpaniae*, 3. *Galliae*, 4. *Germaniae*, ad quam SERVETVS de quibusdam Germaniae populis, quos ſupra omiſerat, differit, nimirum de *Bohemis* (ubi haec verba notanda ſunt: *Avorum noſtrorum memoria Huſſitarum*

veneno infecti, orthodoxae fidei cultum parum etiam hodie integre cuſtodiunt. Quibus Romanam religionem orthodoxam metu ignis nominat) *Saxonibus, Francis.* 5. *Hungariae, Poloniae, Ruſſiae, Pruſſiae, Walachiae*, cui etiam brevem incolarum & terrae deſcriptiouem addidit. 6. *Norwegiae & Gothiae*, 7. *Siciliae & Sardiniae.* 8. *Italiae*, 9. *Bosniae, Serviæ, Græciæ*, & *Sclavoniæ*, cui iterum SERVETVS introductionem de *Græcia* & *Thracia* addidit. 10. *Aphricæ*, 11 *Aſiæ minoris*; addita SERVETI narratione de MAHOMETO, & *Turcarum origine* & *moribus* 12. *Terræ ſanctæ*, cui itidem introductionem addidit. In hac celeberrima illa verba, ob quae a CALVINO violati MOSIS & ſpretae religionis Judaicæ accuſatus eſt, leguntur. Certe tota haec introductio memoratu digna eſt. Quapropter eam omnino hic apponere placet: *Iudæa*, inquit, *particularis Syriæ provincia, Coelo Syriæ adiacens, & per eam ad occaſum Aepyptiaco alluitur pelago, perfunditur & Iordane fluvio ad orientem Solem. Hanc terram Bibliaci Libri & Ioſephus eos ſecutus, Cananaeam appellant, terram variarum opum divitem, frugibus fertilem, aquis illuſtrem, opimam balſamo, in medio orbis conſtitutam. Quo fit, ut nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur, ob quam elementorum gratiam aeſtimaverunt Iſraelitae ſive Hebraei (gens antiquiſſima & apud quam ſolam a prima hominis formatione coeleſtis ac veri numinis cognitio, cultusque & primum idioma permanſit) eam eſſe, quae Patribus olim* ABRAHAMAE, YSAAC *&* IACOB *promiſſa a numine eſſet, terram videlicet lacte & melle fluentem. Ideo* IOSVAE *fortiſſimi ducis ductu, quadrageſimo anno poſtquam Aegyptum* (forte leg. *Aegypto*) *exiiſſent, ſuae ditionis fecerunt, uno & triginta Regibus in ea potenti manu devictis. Leges Iſraelitae tenent, ac ſecundum eas vivunt, quas a* MOSE *primo ſuo duce acceperunt, quamvis & multis ante* MOSEN *ſaeculis, absque lege aliqua ſcripta pie ſancteque vixerint, veritatem divinis oraculis, animique acumine & magnitudine conſecuti. Exiſtimabat eximius ille Theologus* MOSES *nullam civitatem ſine iuris & aequitatis cultu diutius conſiſtere poſſe; iam cum bonorum praemiis & impiorum ſuppliciis ſuos ad amplexandam virtutem, & impietatem fugiendam, ſatis exhortatus eſſet, tandem ſuper decem illa Legum capita, duabus tabulis ad Sinam prolatis alias populo leges civiliaque inſtituta promulgavit. Hae cum adeo multae ſint, ut ſolae*

integrum

integrum librum praeſtare poſſent, eas iam extra miſſas facere oportet, nam magnae aves in anguſtis nidulis cubare non poſſunt. Scias tamen Lector optime, iniuria aut iactantia pura, tantam huic terrae bonitatem fuiſſe adſcriptam, eo quod ipſa experientia, mercatorum & peregre proficiſcentium, hanc incultam, ſterilem, omni dulcedine carentem, depromit. Quare promiſſam terram pollicitam, & non vernacula lingua laudantem pronuncies. Egimus ſupra de hiſce verbis p. 68 69. nec inficiati ſumus, ea imprudenter admodum nec ſatis caute ſcripta eſſe. Ceterum credibile eſt omnino, quod in iudicio dixit SERVETVS, recentiorem quendam auctorem, qui felicitatem Palaeſtinae mirifice laudaverat, hic ab eo notatum eſſe. Nam & MOSEN antea eximium Theologum dixerat & fertilitatem terrae Canaan laudaverat. Sed fortaſſis & hoc verum eſt, quod idem in iudicio dixit, ſeſe verborum illorum auctorem non eſſe. Nam ex multis PTOLOMAEI huius locis intellexiſſe mihi videor, interpolaſſe alium quendam hinc & inde SERVETI verba & ſententias. Quod ſi ipſa iudicii Acta ad manus eſſent, rectius haec res diiudicari poſſet. 13. *Indiae orientalis.* 14. *Superioris Indiae & Tartariae maioris*, cui denuo introductionem de *Tartaria & Tartaris* addidit. 15. *Helvetiae.* 16. *Provinciae Rheni.* 17. *Cretae*, cui iterum introductio addita eſt. 18. *Totius orbis.* Sequitur denique: *Index copioſiſſimus* PTOLOMAEI, *quo diligens & ſtudioſus quisque omnia terrarum, marium & ſingulorum in his contentorum, diverſarum videlicet regionum, provinciarum ſeu praefecturarum, urbium, oppidorum, caſtrorum, promontoriorum, montium, nemorum, ſylvarum, ſpecuum, aquarum, fluminum fluviorumque, ſtagnorum, fruticum, lacuum & riparum nomina & ſitus, coeterosque multiplices huius operis fructus, certis & notiſſimis indiciis facillime, ac citra taedium explorare queat. Adiecta inſuper praxis ad diſtantiam inter duas civitates, & duo quaevis loca, in quocunque climate contineantur, per cuiusvis generis milliaria dimetiendam.* Ex quo ultimo

 mathe-

mathematica eius ſcientia iterum eluceſcit. Haec ſumma eſt totius operis. Ceterum Dn. de la MONNOYE hunc PTOLOMAEVM innocentibus SERVETI libris annumerat. (i)

V.

Syruporum univerſa ratio ad GALENI *cenſuram diligenter explicata. Cui poſt integram de concoctione diſceptationem, praeſcripta eſt vera purgandi methodus, cum expoſitione Aphorismi: Concocta medicari. Paris* 1537. *in* 8.

HVnc librum, diligentiſſime licet quæſitum, inſpicere nobis nondum licuit. Quare hoc tantum obſervamus, eum ſub nomine MICHAELIS VILLANOVANI prodiiſſe, teſte IOH. ANTHONIO van der LINDEN, (k) qui auctorem GALENI interpretem doctiſſimum & Medicum excellentem vocat, vixiſſeque perhibet anno 1537. Idem LINDENIVS librum hunc etiam Venitiis apud VINCENTIVM VALGRISIVM 1545. in 8. & Lugduni apud GVILELMVM ROVILIVM 1546. in 8. prodiiſſe memorat. Binas priores editiones CHRISTOPHORVS quoque SANDIVS (l) & BERNHARDVS de la MONNOIE (m) confirmat.

VI.

Biblia Sacra ex SANCTIS PAGNINI *translatione, ſed & ad Hebraicæ Linguae amuſſim ita recognita & Scholis illuſtrata, ut plane nova Editio videri poſſit. Lugduni apud* HVGONEM A PORTA 1542. *fol.* In fine Voluminis haec verba leguntur: *Excudebat* CHASPAR TRECHSEL.

§. I.

(i) Menagiana Tom. IV. p. 390. Teſtimonium ex hoc libro de Academia Pariſienſi afferri video a IO. LAVNOIO *Libro de ſcholis Caroli M.* p. 205. 206.

(k) De Scriptis medicis lib. I. p. 486. ed. III. Amſt. 1662.

(l) Bibliotheca Anti-Trinitariorum. p. 13.

(m) Menagianorum Tom. IV. p. 390.

§. I.

Biblia haec pariter ſunt rariſſima, pauciſſimisque viſa. At conſtat tamen, in Gallia nonnunquam exempla eorum reperiri, ſed magno quoque pretio vendi. Vir quidam doctus Pariſienſis non ita pridem eruditam eorum notitiam ad MICHAELEM DE LA ROCHE miſit, qui illam publici quoque iuris fecit. (n) Nos praeter haec nonnulla quoque alia obſervavimus, quae illi ignota fueruerunt: Quare accuratam eius notitiam ſuppeditabimus. Memorat CALVINVS, SERVETVM, ob laborem in illuſtrandis & corrigendis hisce Bibliis exhauſtum, quingentas a Typographo libras francica mercedis loco accepiſſe. (o) ZELTNERVS autem perhibere videtur eum inſcio & invito Typographo, cum corrector tantum conſtitutus eſſet, adnotationes ſuas adieciſſe: (p) quod num ita ſeſe habeat, ignorare nos fatemur. Ceterum notum eſt, CALVINVM in accuſando SERVETO haec quoque Biblia, inprimis adnotationem ad caput quinquageſimum tertium Eſaiae, crimini ipſi dediſſe.

§. II.

(n) Bibl. Angloiſe Tom. V. part. I. p. 5. ſeqq.

(o) In expoſitione & refutatione errorum SERVETI p. 703. *Lugduni quum ſacris Bibliis corrigendis opera eius conducta foret, poſtquam Typographum quingentis libris francicis emunxit, ne furatum eſſe quis diceret, quod mercedis nomine ſumſperat, ſingulas paginas partim multis futilibus nugis, partim impiis deliriis inquinavit.*

(p) Centuria correctorum clarorum p. 499. *Excudebantur Lugduni impenſis* HVGONIS A PORTA *apud* CASPAR. TRECHSELIVM, *Biblia Sacra ex* SANTIS PAGNINI *translatione. Haec editio, ut in aliis libris factum erat iam per aliquot annos, corrigenda, ut* TRECHSELIVS *conſueverat,* SERVETO *exhibetur. Quo facto non intermiſit ille noſter, cum ſine metu ſalutis, & alio nomine fieri poſſet, varias adiicere gloſſas impias ſatis, & anguem ſub herba latentem indicantes. Atque ita fraudulentum ſub nomine* MICHAELIS VILLANOVANI *egit correctorem & falſarium impoſtorem.*

§. II.

Poſt libri titulum ſequitur SERVETI praefatio, quam totam ſubiiciemus. Conſtat enim ex ea SERVETVM exiſtimaſſe, omnes veteris teſtamenti vaticinationes hiſtoricum & litteralem habere ſenſum, dudum veteris teſtamenti tempore impletum, myſtice vero tantum ad CHRISTVM transferri poſſe. Ex eadem quid SERVETVS in hoc opere praeſtiterit, intelligitur.

MICHAEL VILLANOVANVS LECTORI S.

Docuit nos ſapiens ille JESVS *Filius* SIRAC *in Prooemio Libri ſui, quem* Eccleſiaſticum *vocant, Hebraica verba deficere, ſive obtorpeſcere, cum in aliam Linguam fuerint translata; probe diiudicans vivam illam ſpiritus energiam, dictionum emphaſes, concurſus, antitheſes, alluſiones & reliqua eiusmodi, non poſſe in verſionibus noſtris ad unguem ſervari. Unde merito, & olim, & nunc Bibliorum interpretationi plerique deſudantes, rem integram nunquam ſunt aſſecuti. Quum praeſertim in hiſtoricum & litteralem ſenſum, qui certum eſt futurae rei monumentum, ii qui Hebraeorum res geſtas ignorant, facile contemnant. Unde & myſticos ſenſus fruſtra illi & ridicule paſſim venantur. Qnamobrem te ſemel & iterum velim rogatum, Chriſtiane Lector, ut primum Hebraica diſcas, deinde Hiſtoriae diligenter incumbas, antequam Prophetarum lectionem aggrediaris. Singuli enim Prophetae ſuam iuxta litteram ſequebantur Hiſtoriam, quae ut futura praefigurabat, & in qua* CHRISTI *myſteria ſecundum Spiritum concludebantur.* Nam omnia in figura contingebant illis, *ut ait* PAVLVS, & teſtimonium Jeſu Chriſti, *ut ait* JOHANNES, eſt Spiritus prophetiae, *quanquam alius iuxta litteram fuerit tunc Prophetarum ſenſus, ut rei geſtæ ferebat hiſtoria.*

Quod

Quod ſi ſenſum illum eſſe vere litteralem quis neget, eo quod vis litterae non ſemper vere congruat, id ego dicenti lubens concedam. Illud tamen perpendendum, Hebraicam Linguam eſſe totam hyperbolis plenam, & maiora alia ibi contineri myſteria. Perpendendum item quod ſi litteralis ille ſenſus non dicatur, aliqualis tamen erat futuræ veritatis obumbratio, ut in umbra Davidis *relucet veritas ſoli* CHRISTO *conveniens. Ab eius enim Hiſtoriis deſumtæ in Pſalmis ſunt prædicendi de* CHRISTO *occaſiones. Imo hac ratione dicitur fuiſſe* CHRISTI *typus. De* Salomone *etiam in umbra dictum eſt,* Ergo illi in Patrem: *& de* Iſraëlitico *populo dictum eſt,* Ex Aegypto vocavi filium meum: *cum tamen ſoli* CHRISTO *id vere conveniat: ut & litteralem propheticum ſenſum eſſe de* CHRISTO *dicamus. Adde quod liber hic dicitur* ſcriptus intus & extra, *& duplicem eſſe conſtat Scripturæ faciem, inſtar gladii utrinque ſcindentis. Foecunda eſt Scripturæ vis, & ſub vetuſtate occidentis litteræ novitatem ita continet vivificantis ſpiritus, ut collecto inde uno ſenſu, alium ſit nefas omittere: eo magis quia hiſtoricus ille alium ultro patefacit. Unde & nos literalem illum veterem, ſeu hiſtoricum, paſſim neglectum ſenſum conati ſemper ſumus Scholiis eruere, ut eius typo-myſticus, imo verus innoteſceret, utque illum, qui ſcopus eſt omnium,* JESVM CHRISTVM *ſub illis umbris & figuris obvelatum, quem ob id non vident cæci* Judæi, *nos omnes revelata facie Deum noſtrum clare videamus. In qua re, ſicut & in* Pagnini *noſtri Verſione, non parum eſt nobis poſt omnia eius Annotamenta deſudatum. Annotamenta, inquam, quæ ille nobis quamplurima reliquit, nec ſolum Annotamenta, ſed & exemplar ipſum locis innumeris propria manu caſtigatum, ex quibus omnibus affirmare auſim, & integras magis nunc eſſe ſententias, & Hebraicæ veritati propinquiores. Eccleſiæ tamen & Hebraicæ peritorum ſit de hac re*

 iudici-

iudicium: alii enim id iudicare nequeunt. Quidquid vero commodi hinc, Lector, retuleris, primum Deo optimo maximo, deinde Hugoni a PORTA *Lugdunenſi civi gratias agito, cuius opera & impenſis haec in lucem prodeunt. Vale.*

SERVETI praefationem excipit alia praefatio IOH. NICOLAI VICTORII, ex qua hoc in primis diſcitur, editionem hanc inſtitutam eſſe ad editionem Colonienſem ab ipſo PAGNINO curatam. Tum ſequitur praefatio PAGNINI, quae in aliis etiam huius verſionis editionibus conſpicitur.

§. III.

Quod ad notas SERVETI attinet, mediocris eſt earum numerus. Libri hiſtorici perpaucis adnotationibus illuſtrati ſunt. Longe vero plures ad Pſalmos & libros Propheticos adſcriptae ſunt: In quibus omnibus id agitur ab Auctore, ut oracula, quae de CHRISTO plerique omnes interpretantur, litteraliter de rebus Veteris Teſtamenti explicet. Ita Pſalmum II. de Davide agere dicit ab hoſtibus ſuis liberato. Pſalmum XXII. Davidem per abrupta inſtar quadrupedis fugientem, in qua fuga manus eius & pedes perforati fuerint, ſiſtere tradit. Pſalm. XLV. ad Salomonem refert. Oraculum Eſaiae capite VII. de virgine praegnante & filium pariente, ſeu de partu Ezechiae explicat. Sed cum ſatis multa harum adnotationum ſpecimina iam exſtent apud MICHAELEM DE LA ROCHE, nos illam tantum unam huc transferemus, quam CALVINVS in primis SERVETO exprobravit ad Cap. LIII. Eſaiae.

ISAIAE Cap. LIII. *Quis credidit auditui noſtro &c.?*

Incredibilis res de Cyro, *& magnum etiam myſterium, quod ſub humilibus Hiſtoriae typis lateant* CHRISTI *arcana ſublimia.*

Ibidem. Vulneratus eſt propter praevaricationes noſtras. Quaſi exigentibus populi peccatis interfectum Cyrum *de-*

flet

ſlet Propheta, eo quod poſtea ſub Cambyſe *multo deterius habuerint, impedita tunc & diruta Templi ædificatione iam inchoata*, Daniel 9. *Fuitque hæc a Deo data occaſio prædicandi paſſionem* CHRISTI *cui ſoli convenit horum verborum ſublimitas & veritas.*

§. IV.

Ceterum non ſoli CALVINO, eiusque ſociis hae adnotationes impiae & periculoſae viſae ſunt; verum etiam Pontificii mature animadverterunt, eſſe in illis quae ferri nequeant. Itaque in indicibus expurgatoriis Biblia haec atro lapillo notata ſunt. Cum hi indices in paucorum verſentur manus, ex duobus deſcribemus, quae illi in his Bibliis delenda cenſuerunt. ANTONIVS igitur A SOTOMAIOR in Indice librorum expurgandorum & prohibendorum Madriti 1667. in folio edito p. 126. de his Bibliis ita loquitur.

B*Iblia hoc ipſo anno (de A.* 1542. *loquitur)* SANCTIS-PAGNINI *in forma magna, Lugduni apud* HVGONEM A PORTA *(licet in fine voluminis legatur, excudebat* CASPAR TRECHSEL*) ex qua ſolae annotationes marginum diſpungendae (quae plane impiae, ac Judaicae ab Auctore quopiam corruptae fidei ſunt additae) atque etiam nonnullae capitum ſummae. Quod ergo attinet ad marginales notas dele ſequentes.*

Numer. Cap. 24. *C.* Sceptrum ſcilicet Davidicum.
Pſalm. 21. *lit. C.* Fugiente Davide &c.
Pſalm. 39. *lit. D.* Scilicet ad auſcultandum &c.
Pſalm. 44. *lit. D.* Solium Salomonis &c. *Et lit. E.* Scilicet Pharaonis &c.
Pſalm. 67. *lit. C.* id eſt, ad ſummitatem &c.
Pſalm. 68. *lit. D.* Haec ad literam &c.
Pſalm. 109. *dele quinque marginales notas ſub totidem literis C. D. E. F. G. contentas, quarum initium eſt,* Scilicet Salomoni, & finis, Sacerdotem aliquando egit.

Cantic. cap. 6. litera C. Haec erat filia &c.
Iſai. cap. 2. *lit. G.* Scilicet de Rege Aſſur.
Cap. 4. *lit. F.* Ezechiae ſemper &c.
Cap. 7. *lit. D.* Oſtendit ad literam &c.
Cap. 8. *lit. A.* Scilicet Abiam &c.
Cap. 15. *lit. H.* Id eſt agnos &c.
Capit. 16. *lit. H.* Id eſt agnos &c.
Capit. 19. *lit. C.* Ezechiam nam &c.
Cap. 30. *lit. B.* Ezechiam. *Cap.* 32. *lit. A.* Ezechias.
Cap. 35. *lit. C.* Plurimum ad veri &c.
Cap. 40. *lit. E.* Hoc ad literam &c.
Cap. 42. *lit. E. in marginali nota, quæ incipit,* Sublimitas, *dele ab illis verbis,* Vnde Cyro, *usque ad finem.*
Cap. 43. *lit. C.* Scilicet Cyrus &c.
Cap. 48. *lit. B. dele marginal.* Scilicet Cyrum. *Item* id eſt clare &c.
Cap. 49. *lit. S.* Conſolatur Deus &c.
Cap. 51. *lit. A.* Lex per Cyrum &c.
Cap. 52. *lit. B.* Cyrus. *Et lit. C.* Quod ita deformatus &c.
Cap. 53. *lit. D.* Incredibilis res &c. *Et lit. C.* Quaſi exigentibus *Cap.* 127. *usque ad illud, Dan.* 9. Fuitque *excluſ.*
Cap. 60. *lit. B.* Haec omnia, *usque ad illud,* Ad Chriſti Eccleſiam, *excluſ.*
Cap. 63. *lit. G.* Migrare faciens &c.
Jerem. Cap. 23. *lit. A.* De germine &c.
Daniel. Cap. 10. *lit. A.* ab egreſſu &c.
Oſee Cap. 6. *lit. B.* Poſt unum &c.
Joel Cap. 3. *lit. A.* Perditio Aſſyriorum &c. *Et lit. B.* Magna populi &c.
Micha Cap. 4. *&* 5. *dele omnes marginales Notas.*
Zachariae Cap. 9. *lit. H.* In humili &c. *Et lit. I.* id eſt ſanguine &c.
Cap. 11. *dele omnes marginales notas.*

Ex

Ex ſummis capitum dele, quae ſequuntur.

Deuteron. 4. Adhortatio &c. *usque ad, Conſtitutio trium, excluſ.*

Cap. 5. Lex. ſervanda &c. *ibi*, Dii reſpiciendi, *lege*, deſpiciendi.

Cap. 13. Falſum &c. *tota deleatur.*

Cap. 15. Remiſſio &c. *dele* Prohibitio mendiciatis.

Job.9.Beneficia&c. *dele* Humanam iuſtitiam,*usque ad finem.*

Proverb. 5. Scortationem &c. *dele*, Propriis laboribus vivendum.

Eccleſiaſtes 9. Neſcit &c. *dele*, vivendum in hilaritate.

Eccleſiaſtici 39. Sapientiam &c. *dele*, bona bonis, *usque ad finem.*

Iſai. 2. *dele*, Adventum Ezechiae, *usque ad finem.*

Cap. 9. *dele*, Propheta &c. *Cap.* 50. *dele*, Judaeorum &c.

Cap. 53. *dele*, Populum &c. *usqua ad*, liberatio, *excluſ.*

Jerem. 7. *dele*, Hypocritas &c. *usque ad finem.*

Zachar. 11. *dele*, Exponi ſolet, *usque ad finem.*

Roman. 2. Judeos &c. *dele*, utrosque, *usque ad finem.*

Cap. 10. de vocatione &c. *ibi*, ex ſolo verbo & Chriſto, *dele*, ſolo verbo &c.

Galat. 2. circumciſionem &c. *dele*, ex fide, *usque ad finem.*

Cap. 3. Cum increpatione &c. *dele*, per fidem ſalutem contingere.

2. *Theſſal.* 3. *Dele*, Damnantur &c. *usqué ad finem.*

1. *Joan.* 5. *dele* Per fidem &c. *usque ad* Quinam vere &c. *excluſ.*

§. V.

CASPAR vero QVIROGA, Cardinalis & Archiepiſcopus Toletanus, inquiſitor generalis Hiſpaniae, in Indice Expurgatorio Madriti 1584. primum edito, & poſtea a FRANCISCO IVNIO Hanoviae, 1611. in 8v. denuo emiſſo p. 279. haec habet:

Biblia SANTIS-PAGNINI: *Ex Bibliis* SANTIS PAGNINI *in fol. Lugduni apud* HVGONEM A PORTA *anno* 1542.

Numeri.

Cap. XXIV. litera C. deleatur Gloſſa, quæ ait, Sceptrum ſcilicet Davidicum.

Pſalmorum Liber

Pſ. XXI. lit. C. deleatur Gloſſ. quæ incipit, Fugiente Davide *usque ad illa verba, &* verum Chriſti myſterium.

Pſ. XXXIX. litera D. deleatur Gloſſ. quæ incipit, Scilicet, ad auſcultandum, *usque ad,* David ſacrificia.

Pſ. XXXXIV. litera D. deleatur Gloſſ. quæ incipit, Solium Salomonis *usque ad,* in ſolo Chriſto.

Eod. Pſ. litera E. deleatur Gloſſ. Scilicet Pharaonis, cuius filiam duxit Salomon.

Pſ. LXVII. litera F. deleatur Gloſſ. quæ incipit, id eſt, ad ſummitatem arcis Sion, &c. *usqne ad,* Jebuſaeos.

Pſ. LXVIII. litera D. deleatur gloſſa, quæ incipit Haec ad literam fecit Nabal, *usque ad,* Prophetiae Apoc. 10. *c.*

Pſ. LXXI. litera D. deleatur gloſſa, quæ incipit, Hyperbole de Salomone &c. *usque ad* Apoc. 19.

Pſ. CIX. litera C. deleatur gloſſ. Scilicet Salomone &c. *usque ad,* Sacerdotem aliquando egit.

Cantica Canticorum.

Cap. VI. litera C. deleatur gl. quæ incipit, Haec erat filia *usque ad* dilecta.

Iſaias.

Cap. II. deleatur capitis ſummarium, quod incipit. Adventum Ezechiae, *usque ad,* perditis ſine gladio Aſſyriis. *Item gloſſ. litera G.* Scilicet de Rego Aſſur.

Cap. IV. F. deleatur gl. Ezechiae ſemper typo in Chriſtum fertur Propheta.

Cap. VII. litera D. deleatur gloſſa, quae incipit: oſtendit, *usque ad* Regis hoſtes Judaeae, ut 4. Reg.

Cap. VIII. litera A. deleatur gloſſ. quæ incipit, Scilicet Abiam, *usque ad* 4. Reg. 18.

Cap.

Cap. IX. deleatur ipſius capitis ſummarium, quod ait: Prophetat Chriſti nativitatem, ejusque imperium, typo Ezechiae.

Cap. XI. litera E. deleatur gl. quæ incipit, Sola oratione vicit, *usque ad* interficiet Anti Chriſtum, ut 2. Theſſ. 2.

Cap. XVI. litera H. deleatur gloſſ. quae ait, id eſt, agnos, *usque ad* filiae Sion, vide 4. Reg.

Cap. XIX. litera E. deleatur gloſſ. quæ incipit, Ezechiam, nam, *usque ad*, ſublimius ſpectant.

Cap. XXX. litera B. deleatur gloſſ. dicens, Ezechiam.

Cap. XXXII. litera A. deleatur gloſſ. dicens, Ezechia.

Cap. XXXV. litera C. *deleatur gl. quæ incipit*, Plurimum, *usque ad*, ab Aſſyriis liberatio.

Cap. XL. litera E. deleatur gloſſ. quæ incipit, ad Cyri Regis, *usque ad* vide Hieremiae. *Et litera F. gl.* Hoc ad literam de Cyro.

Cap. XLII. litera E. ex gloſſ. quæ incipit, Sublimitas *deleatur ab illis verbis.* Vnde & Cyro, *usque ad illa*, veritatis obumbratio.

Cap. XLIII. litera C. deleatur gloſſ. Scilicet Cyrus, *usque ad*, ita diſpoſitum.

Cap. XLV. litera C. *quæ ait*, Scilicet Cyrum *deleatur p.* 281.

Cap. XLVIII. litera B. deleatur gloſſ. dicens, Scilicet Cyrum *& litera* C. *gloſſ. quæ incipit*, id eſt, clare vobis *usque ad* futurum praedicem.

Cap. XLIX. litera F. deleatur gloſſa, quæ incipit, Conſolatur Deus. *usque ad*, fides adhiberetur.

Cap. L. deleatur capitis ſummarium, quod incipit, De Judaeorum improbatione.

Cap. LI. litera A. deleatur gloſſa, dicens, Lex per Cyrum, *usque ad*, nova Hieruſalem.

Cap. LII. litera B. deleatur gloſſ. dicens, Cyrus. *Et litera E. gl. quæ incipit.* Ita deformatus, *usque ad* aſpectus eius.

Cap.

C*ap. LIII. litera D. deleatur gloſſ. quæ dicit.* Incredibilis res *usque ad*, arcana ſublimia. *Et litera* C. *gloſſ. quæ ait.* Quaſi exigentibus, *usque ad* iam inchoata.

C*ap. LX. litera B. deleatur gloſſ. quæ incipit*, Haec omnia *usque ad*, multa dicantur.

C*ap. LXIII. litera* C. *deleatur gloſſ. quæ ait*, Migrare faciens *usque ad*, intulit cladem.

Hieremias.

C*ap. XXIII. litera A. deleatur gloſſ. quæ incipit*, De germine *usque ad*, vide apud Zachar.

Daniel.

Cap. *X. litera A. deleatur tota gloſſ. quæ incipit*, ab egreſſu *usque ad* orbis Judaici.

Oſea.

Cap. *II. litera F. deleatur gloſſ. dicens*, Scilicet Ezechiam.

Cap. *VI. litera B. deleatur gloſſ. quæ incipit*, Poſt unum, *usque ad*, oratione liberati.

Joel.

Cap. *III. lit. A. deleatur gloſſ. quæ incipit*, Perditio Aſſyriorum, *usque ad*, & prodigia, ut Acto. *Et lit. B. gloſſ. dicens.* Magna populi anguſtia, *usque ad*, Aſſyriacae perditionis.

C. *p.* 282. C*atal. Et litera F. gloſſ. incipiens*, In valle, *usque ad*, interfecti.

Michaeas.

Cap. *IV. & V. deleantur omnes gloſſæ.*

Zacharias.

Cap. *III. lit. F. deleatur gloſſ. incip.* Ecce ego, *usque ad*, germen in ſe continet.

Cap. *IX. lit. H. deleatur gloſſ. quæ dicit*, In humili, *usque ad*, germen. *Et lit. J. gloſſ. quæ ait*, Id eſt, ſanguine, *usque ad*, effudiſti.

Cap. *XI. in princip. deleatur gloſſ. quæ incipit:* Exponi ſolet. *Deleantur & cæteræ gloſſæ eiusd. capit.*

VII.

VII.

Chriſtianismi Reſtitutio. Totius eccleſiæ Apoſtolicæ ad ſua limina vocatio, in integrum reſtituta cognitione Dei, fidei Chriſti, iuſtificationis noſtræ, regenerationis Baptismi & coenæ Domini manducationis. Reſtituto nobis denique regno coeleſti, Babylonis impiæ captivitate ſoluta & Anti Chriſto cum ſuis penitus deſtructo.

נעת חהיא יעמור מיכאל
חשר

καὶ ἐγένετο πὸλεμος ἐν τῶ ὐρανῶ

M. D. LIII. in 8. pag. 734.

In fine leguntur haec: M. S. V. 1553. Ceterum *Viennæ Allobrogum* prodiiſſe librum, notum eſt.

§. I.

Hic rariſſimus ille liber eſt, qui auctori ſuo exitium peperit, & femori eius alligatus una cum ipſo combuſtus eſt. Conſtat ex illis, quae ſupra diximus magnam vim exemplorum eius Viennae Allobrogum manu exuſtam eſſe. Cumque IOHANNES CALVINVS reſciviſſet, Francofurtum ad nundinas non medicorem numerum exemplorum delatum eſſe, litteras dedit ad Eccleſiae Francofurtanae Paſtores, illosque rogavit, ut ea de medio tolli curarent. Notatu digna ſunt verba eius, quibus inter alia utitur: (q) *Eius autem*, inquit, *multa exemplaria proximis nundinis paſchalibus Francofurdiam devecta fuerant: verum inſtitor Typographi vir pius & integer, quum admonitus foret nihil illic praeter immenſam errorum farraginem contineri, ſuppreſſit quicquid habebat. Quam multis erroribus, imo prodigioſis in Deum blaſphemiis ſcateat, longum eſſet referre. Fingite vobis rhapſodiam ex impiis omnium aetatem deliiriis conſutam. Nullum enim eſt impieta-*

(q) Vid. Epp. & reſponſa CALVINI CXXXV. p. 290.

pietatis genus, quod non haec bellua velut ex inferis excitaverit. Et malo ex lectione ipſa vos iudicium facere. Certe reperietis fere in ſingulis paginis, quod vobis horrorem incutiat. Auctor ipſe tenetur in carcere a Magiſtratu noſtro, & propediem, ut ſpero, daturus eſt poenas. Veſtrum autem eſt dare operam, ne hoc tam peſtiferum venenum longius emanet. Nuncius vobis referet in qua apotheca ſint libri, & quo numero. Librarius, niſi fallor, exuri patietur. Quod ſi quid obſtaculi eſſet, vos tam fore cordatos confido, ut mundus tam noxia corruptela purgetur. Quid reſpoſum fuerit CALVINO, numque liber Francofurti publica auctoritate combuſtus fuerit, id quidem nobis explorare non licuit. Rogatus venerandus Theologus, IOH. GEORGIVS PRITIVS, qui hodie Francofurtanae eccleſiae magno cum fructu praeeſt, ut grammatophylacium Rev. miniſterii excuteret, num quid forte litterarum aut a CALVINO ad Francofurtanos, aut a Francofurtanis ad CALVINVM ſcriptarum, in eo reperiri poſſet, nihil eius generis ibi occurrere, accurata exploratione inſtituta, reſcripſit. (r) Quare veriſimilius eſt, mercatorem librarium privatim pietate ductum exempla, quae habebat, exuſſiſſe, paſtores autem & miniſtros Francofurtanos manus ab hoc negotio cohibuiſſe. In hac me ſententia id confirmat, quod auctor Hiſtoriae SERVETI, quam ſupra dedimus, commemorat, THOMAM, *famulum* ROBERTI STEPHANI, *miſſum eſſe Francofurdiam, Libroſque* SERVETI, *qui illic ad nundinas prolati fuerant, combuſſiſſe, ne diſtraherentur.* Quodcunque eſt, id inter omnes conſtat, non exiguam exem-

(r) Ven. PRITIVS litteris ad MOSHEMIVM datis d. XVII. Kal. Maii 1717. *Feci vero, quod a me rogaſti, perſcrutatus ſchedas, quae in gramatophylacio noſtro adſervantur, non ſine cura, ſed quae vel* CALVINI *ſint, vel noſtratum ad* CALVINVM, *reperire non potui.*

exemplorum huius Libri copiam, igne Francofurti deletam eſſe. Quapropter tanta hodie libri huius eſt raritas, ut qui gloriari poſſit, ſeſe illum typis exſcriptum vidiſſe, nemo vero unus inveniatur.

§. II.

Exſtare quidem nullum dubium eſt, exempla quaedam typis expreſſa. Celeberrimus LA ROCHE ſex fere ſupereſſe putat: (s) at ubi haec exempla lateant, id vero non eſt cognitum. Quod idem celeberrimus vir (t) in Bibliotheca Auguſta Guelpherbytana exemplum eius aſſervari narrat, id vero ſecus ſeſe habet. Citius credo, quod addit, ne Genevae quidem exemplum eius exſtare. Multi duo ſupereſſe exempla, unum Baſileae, alterum Caſſellis in Bibliotheca Sereniſſimi Landgravii, perhibent. Et Baſileae quidem num reperiatur liber hic, nondum expiſcari nobis integrum fuit. At Caſſellis nullum amplius adeſſe exemplum certum eſt. Affuiſſe olim, cum CHRISTOPHORI SANDII (u) & aliorum teſtimonia declarant, tum hoc inprimis extra controverſiam fere ponit, quod IOH. MORVS, Epiſcopus Elienſis in Anglia, ſuum ibi exemplum MStum deſcribi curavit, id quod teſtes fide digni mihi narrarunt. At hodie, id quod ex litteris conſtat Venerandi BENDERI, Sereniſſimi Heſſiae Landgravii a concionibus aulicis & conſiliis ſacris, (x) non amplius ibi reperitur, furumque effugit

Z 2

(s) Memoirs of Litterature 1711. Maio p. 264. *It is ſo ſcarce, that there are hardly ſix Copies extant.*

(t) Bibl. Angloiſ. Tom I. P. II. p. 311. *On dit*, ait, *qu'il y en à un Exemplaire dans la Bibliotheque de Wolfenbuttel*, & mox: *Il eſt ſurprenant que l' on n'*, ait, *pas conſervé un ſeul exemplaire de ce livre dans le Lieu même, ou* SERVET *expira au milieu des flammes.*

(u) Biblioth. Anti-Trinitar. p. 14.

(x) Ex litteris Ven. BENDERI ad GOD. IÜNOSTIVM, celeb. quondam Bremenſium Theologum,

A.

fugit induſtria. RICHARDVS SIMONIVS exemplum illud, quod apud Baſileenſes fuit, Dublinum translatum eſſe, commemorat, (y) quod num ita ſeſe habeat neſcio. GERHARDVS A MASTRICHT in Bibliotheca Düsburgenſi publica ſeſe librum huncce reperiſſe & tractaſſe, cum publice retulit, (z) tum non una ad Ven. Praeſidem ſcripta epiſtola confirmavit, ſed hoc quoque diſparuiſſe exemplum, THEODORVS HASAEVS, Vir longe doctiſſimus, auctor eſt. (a) Sed neſcio tamen an hoc omni ex parte certum verumque ſit, aut potius illud, quod illuſtris MASTRICHTIVS, teſtis fide dignus, olim retulit, ſenatum academicum Düsburgenſem accurate librum hunc cuſtodire, nec cuiquam inſpectionem eius facile permittere. (b) Idem exemplo huic Düsburgenſi adhaerere teſtatur, Dialogum inter VATICA-

NVM

A. MDCCXVIII. d. I. Auguſti datis: Wegen des Buchs, ſo der SERVETVS geſchrieben hat *de Reſtitutione Chriſtianismi*, daß ſich finden ſoll, nebſt ſeinen Tractat *de erroribus circa Trinitatem*, davon Eh Ew. wie mir Herr NOLTENIVS geſagt, Nachricht verlangen, habe ſelbſt auf hieſiger Fürſtl. *Bibliothec* nachgeſehen, es findet ſich aber nicht.

(y) Bibliotheque Critique Tom. I. cap. III. p. 35.

(z) Vid. PLACCII Theatr. Anon. & Pſeudonym. n. 674. Cap. II. p. 93.

(a) Biblioth. Bremenſ. Claſſ. I. Faſc. V. p. 740.

(b) In litteris MASTRICHTI ad MOSHEMIVM. Bremae 1717. die 24. Julii. *Cum animum & calamum applicare vellem ad petendum deſcriptionem dialogi deſiderati inter* VATICANVM & CALVINVM *a Tuiscoburgenſibus, ortus mihi eſt ſcrupulus, tribus verbis Tibi indicandus. Profeſſores Theologi Teutoburgenſes librum rariſſ. occluſum & prohibitae lectionis nemini ex diſcipulis ſuis ſunt conceſſuri, metuentes ne ex lectione eius, magis adhuc ex deſcriptione quid periculi aut erroris ſit contracturus, eſt enim ut noſti inſtitutio illa* SERVETI *mitigatio quaedam, ut ipſe prodidit, librorum de erroribus Trinitatis. Deſtiti itaque deſcriptionem petere, quam ſine Senatus academici conſulto nemini permittere audent, ne ego & ſtudioſus repulſam pateremur.*

NVM & CALVINVM, de quo ſupra diximus. In Tranſylvaniam ex Anglia typis deſcriptum exemplum ſuperiori ſaeculo translatum eſſe, ea docebunt, quae paulo poſt de Codice noſtro MSto memorabimus.

§. III.

Ex his conſtat incertiſſimum eſſe, ubi deliteant impreſſa illa exemplaria, quae flammarum & carnificis vim effugerunt. At hinc inde tamen, praeſertim in Anglia Codices eius exſtant manu exarati. Video notiſſimo Auctori celeberrimi libri, qui *Platonismus detectus* inſcribitur, exemplum eiusmodi manu exaratum lectum fuiſſe. (c) Aliud exſtare ſcio in libraria ſupellectile, quam IOH. MORVS, Epiſcopus Anglus, reliquit. Clariſſimus DE LA ROCHE ipſemet teſtatur ſibi aliquando eiusmodi Codicem ad manus fuiſſe. (d) Nos uſi ſumus exemplo MSto, quod Socinianorum hodie princeps, SAMVEL CRELLIVS, IOH CRELLII nepos, poſſedit, & ab hoc emptionis iure ad illuſtrem Virum MATVRINVM VEISIERE LA CROSE pervenit: qui, qua eſt ſingulari humanitate, & inſigni erga litterarum ſtudia favore, cum Praeſide illud communicavit, hodie apud Virum venerandum IO. CHRISTOPH. WOLFFIVM. Operae pretium erit, verba illa hic deſcribere, quae SAMVEL ille CRELLIVS ipſe in limine huius Codicis adſcribit:

CHriſtianismi Reſtitutio deſcripta eſt partim a Socero meo JOHANNE PREVSSIO, *partim a* JEREMIA FELBINGERO, *partim ab ignoto mihi homine. In media parte libri a pag.* 367. *usque ad* 840. *incl. manus eſt* FELBINGERI. *Pag.* 841. *usque ad* 869. *item pag.* 873. *usque ad pag.* 920. *eſt manus ignoti. Primam partem libri & reliqua omnia ſocer meus*

 de-

(c) Le Platoniſme devoile P. Cap. II. p. 24.

(d) Memoires of litterature Tom. I. Anno 1711. p. 246.

deſcripſit. Uſi autem ſunt deſcriptores iſti codice SERVETI *typis impreſſo; quem* DANIEL MARCVS SZENT-IVANI *Alumnus Eccleſiae Unitariae Tranſylvanicae, poſtea Plebanus Eccleſiae Claudiopolitanae & Epiſcopus reliquarum per Tranſylvaniam Eccleſiarum, in Anglia neſcio ubi & quomodo nactus, cum per Marchiam Brandenburgicam remearet in patriam (quod inter annum* 1660. *&* 1670. *accidiſſe colligo) cum* PREVSSIO *communicaverat. Haec adſcripſi in gratiam Ampliſſimi & Excellentiſſimi Domini Poſſeſſoris. Berolini die* 3. *Auguſti* 1720.

SAMVEL CRELLIVS
Joannis Crellii Franci nepos.

IV.

Eſt autem liber hic variorum librorum collectio, quibus SERVETVS omnes fere ſenſus ſuos de Deo & Religione, ſtilo non ita barbaro, expoſuit, ſicut totius, quam profeſſus eſt, diſciplina ratio inde cognoſci queat. Titulos horum librorum CHRISTOPHORVS SANDIVS iam enarravit, (e) notabiliora vero quaedam ex illis idem, quem dixi, CRELLIVS publice expoſuit. (f) Nos, ſi Deo viſum fuerit, alio tempore accuratam doctrinae SERVETI expoſitionem ex his praeſertim Libris dabimus: Nunc ſummam & argumenta operis paulo plenius, quam adhuc factum eſt, referemus. *De Trinitate divina, quod in ea non ſit indiviſibilium trium rerum illuſio, ſed vera ſubſtantiæ Dei manifeſtatio in verbo & communicatio in Spiritu. Libri ſeptem.* His hoc praefixit prooemium, ex quo ſumma intelligitur operis.

Qui

(e) Bibl. Anti-Trinitariorum p. 13.

(f) Bibl. Bremenſ. Claſſe I. Faſciculo V. p. 739.

QVi nobis hic ponitur ſcopus, ut eſt maieſtate ſublimis, ita perſpicuitate facilis & demonſtratione certus: res omnium maxima, Lector, Deum cognoſcere ſubſtantialiter manifeſtatum ac divinam ipſam naturam vere communicatam. Manifeſtationem Dei ipſius per verbum & communicationem per ſpiritum, utramque in ſolo Chriſto ſubſtantialem, in ſolo ipſo plane diſcernemus, ut tota verbi & ſpiritus Deiatas in homine dignoſcatur. Manifeſtationem divinam a ſeculis explicabimus, magnum citra controverſiam pietatis myſterium, quod ſit Deus olim in verbo, nunc in carne manifeſtatus, ſpiritu communicatus, angelis & hominibus viſus, viſione olim velata, nunc revelata. Modos veros aperte referemus, quibus ſe nobis exhibuit Deus, externe viſibilem verbo, & interne perceptibilem ſpiritu, myſterium utrinque magnum, ut Deum ipſum homo videat & poſſideat. Deum antea non viſum nos nunc revelata facie videbimus & lucentem in nobis ipſis intuebimur, ſi oſtium aperiamus & viam ingrediamur. Aperire iam oportet oſtium hoc & viam hanc lucis ſine qua nihil poteſt videri, ſine qua nemo poteſt ſacras Scripturas legere, nec Deum intelligere, nec Chriſtianus fieri: Haec veritatis eſt via, certa, facilis & ſincera, divinam Chriſti in verbo generationem, Spiritus ſancti veram perfectionem & eandem utriusque in Deo ſubſtantiam, integre ſola patefaciens, Deumque ipſum nobis ob oculos ponens. Digeſſimus autem in quinque libros viam hanc totam, adiectis poſtea dialogis, ut quaſi per gradus quosdam ad integram Chriſti cognitionem aſcendamus. Primus liber continet tria de Chriſto axiomata, tres Phariſaeorum, totidem Sophiſtarum rationes & improbationes, cum abſurdiſſimis inviſibilium illationibus. Secundus viginti Scripturae locos exponet. Tertius erit de perſonae Chriſti in verbo praefiguratione, de viſione Dei & verbi hypoſtaſi.

Quartus

Quartus de nominibus & eſſentia Dei & de rerum omnium principiis. Quintus de Spiritu ſancto. Dialogus deinde primus, poſt tranſactas legis umbras, Chriſti in omnibus complementum declarabit, angelorum, animarum & inferni ſubſtantiam explicans. Secundus modum generationis Chriſti docebit, & ipſum non eſſe creaturam, nec finitae potentiae, eſſeque vere adorandum verumque Deum.

O Chriſte Jeſu, Fili Dei, qui de coelo nobis datus, deitatem patefactam in te ipſo viſibilem manifeſtas, te ipſum aperi ſervo tuo, ut manifeſtatio tanta vere pateſiat. Spiritum tuum bonum & verbum efficax petenti nunc tribue, mentem meam & calamum dirige, ut divinitatis tuae gloriam poſſim enarrare ac veram de te fidem exprimere. Cauſa haec tua eſt, & tuam a Patre, & ſpiritus tui gloriam explicans, quae divino quodam impulſu tractandam ſeſe mihi obtulit, cum eſſem de tua veritate ſollicitus. Tractare aliquando coepi, & nunc iterum tractare cogor, quia completum eſt vere tempus, ut ex rei ipſius certitudine & ex ſignis temporum manifeſtis, ſum nunc piis omnibus oſtenſurus. Lucernam non eſſe abſcondendam, Tu nos docuiſti, ut vae mihi ſit, niſi evangelizem. Cauſa communis omnibus Chriſtianis agitur, cui omnes tenemur. Supereſt, Lector, ut te pro Chriſto benevolum usque ad finem exhibeas & rem totam audies, ſermone veritatis absque aliquo fuco.

§. V.

Liber primus inſcribitur *de homine Jeſu Chriſto & ſimulcaris falſis.* In hoc primo tria de Chriſto axiomata ponit & explicat, quae quales ſint, ex ipſo libri initio patet, quod hoc eſt:

L*Ibrum primum narrationis filii Dei, inſtar primae Apoſtolo-*

poſtolorum praedicationis, a notioribus incboabo, ab iis, quae cordato cuique ſunt manifeſta, & omnibus publice praedicata, ut haec noſtra via facile principium habeat. Ipſe homo Jeſus eſt oſtium & via, a quo & merito exordium ſumam, tum quia de ipſo nunc agetur, tum ut Sophiſtas reprimam, qui ad verbi cognitionem ſine hoc fundamento aſcendentes, in alium Filium traducuntur, & verum Filium Dei oblivioni tradunt. Quibus ego ad memoriam, quis ſit ille verus filius, reducere curabo. Pronomine ad ſenſum demonſtrante ipſum hominem verberibus caeſum & flagellatum, concedam haec tria ſimpliciter vera eſſe. Primo, hic eſt Jeſus Chriſtus. Secundo, hic eſt Filius Dei. Tertio, hic eſt Deus.

His expoſitis ad tria argumenta, quae phariſaica vocat, diluenda progreditur. Primum hoc eſt: *Si Chriſtus eſt Deus, erunt iam plures Dii*, ſecundo *quomodo Chriſtus dicitur de coelo deſcendiſſe & miſſus a patre in mundum veniſſe*, tertium, *quomodo Chriſtus ad Philippenſes ſecundo non rapinam arbitratus eſt aequalem eſſe Deo.* His argumentis depulſis duos explicat Scripturae locos memorabiles de Trinitate. 1. Joh. V. v. 7. & Matth. 28. v. 19. Tum receptam de Trinitate ſententiam aut potius argumenta ſcholaſticorum pro ea expendit, & multis rationibus ex veteri & novo teſtamento refellere conatur. Claudit librum his verbis, quibus Scholaſticorum ſententias perſtringit: *Nec in Talmud, nec in Alcoran, ſunt tam horrendae blaſphemiae. Haec nos hactenus audire ſumus ita aſſuefacti, ut nihil miremur. Futurae vero generationes ſtupenda haec iudicabunt. Stupenda ſunt vere, plusquam ea daemonum inventa, quae Valentinianis tribuit* IRENAEVS. *Ab his igitur portentis liberet nos Dominus Jeſus Chriſtus, verus filius Dei, Salvator & liberator noſter.*

ſter. Amen. Liber ſecundus quorundam locorum ſcripturae expoſitionem continet. In hoc libro explicat dicta Joh. I. v. 1. ubi λογος ipſi eſt *relucentia Chriſti*, *ſermo referens Chriſtum*, *ſermo prolationis ad Chriſti generationem*, Coloſſ. I. v. 15. Pſalm. II. v. 7. Hic Pſalmum illum ſecundum litterali ſenſu de Davide, ſpirituali de Chriſto, agere, affirmat. *Pſalmus ille*, inquit, *ſicut & ſequens, factus eſt, quando principes cum Abſolon coniuraverunt contra Davidem. Qui poſtea in regnum reverſus ait: Novi quod hodie ſum factus Rex ſuper Iſrael.* 2. Reg. 19. Gen. 49. v. 10. Hunc locum impletum eſſe iudicat in Hiſtoria Joſuae, Joſuae 18. & myſtice tantum ad Chriſtum pertinere, cuius Iuda typus fuerit. Pſalm 94. v. 8. Pſalm. 110. v. 1. & 3. Eſaiae 7. v. 14. Joh. 3. v. 13. Coloſſ. 2. v. 19. 20. Joh. 14. v. 10. 1. Petr. 3. v. 18. Epheſ. 3. v. 10. Joh. 10. v. 18. Gen. 19. v. 24. Extremo libro hanc quaeſtionem proponit. An verbum Johannis fuerit olim filius realis an perſonalis? tum locum ad Ebraeos II. v. 14. breviter explicat. Liber tertius, ut Titulus habet, *Perſonae Chriſti in verbo praefigurationem oſtendit*, *viſionem Dei & verbi hypoſtaſin.* In hoc libro multa confuſe & ſubtiliter primo *de Verbi perſona*, *modoque manifeſtationis eius* diſputat, tum longam diſputationem *de viſione Dei* aggreditur, quam his verbis inchoat: *Viſionem Dei, quam neſcit mundus, Chriſto docente cogor ego ita aſſerere, ut coecos eos dicam, qui videntes non vident, & intelligentes non intelligunt Deum. Tu vero, Chriſtiane lector, cognitionem & viſionem, quam de Deo veram acquiris, per Chriſtum te acquirere agnoſces, & eam totam Chriſto feres acceptam. Eſt in ſe Deus penitus incomprehenſibilis, qui nec videri, nec intelligi poteſt, niſi ſpeciem aliquam in eo conſideres, ut docet ipſe Chriſtus. Joan. 5. Hoc ipſum, ut iam patuit, eſt Chriſti facies, & verbi perſona. Magna in ea facie, cum ipſe*

volebat

volebat, apparebat divina maieſtas cum in monte, tum in templo, & alibi: ut ſolus eius aſpectus mira efficacia videntes commoveret. Idipſum in coelo eſt nunc longe glorioſius, ut in viſione Pauli, cum ſit homo ipſe glorificatus ad eam gloriam, quam olim habebat verbum apud Deum Joan. 17. *Verbum illud, quod erat apud Deum, & erat ipſe Deus, erat Jeſu Chriſti perſona, per quam Deus gloriae videri voluit, videtur, & perpetuo videbitur. Ut in corpore ipſo ſolis vides tu lucem, ita in corpore ipſo Chriſti viderunt apoſtoli lucentem Deum, externis oculis, & eum tu vides internis. Quae enim alia lux, in facie illa Chriſti transfigurata, & ſupra ſolem lucente, videri potuit, niſi lux ipſa increata?* Poſtremo *de verbi hypoſtaſi* diſſerit. Liber quartus *nomina Dei eiusque eſſentiam omniformem manifeſtat & rerum omnium principia.* Hic nomina Jehova & Elohim exponit. Deinde diſputationem metaphyſicam ſuſcipit ex HERMETIS & PLATONIS praeceptis de ideis ſeu formis omnium in Deo, tum de principiis rerum naturalium phyſice diſputat, ſed ita tamen, ut omnia dictis ſacri Codicis confirmet. Claudit diſputationem his verbis: *Ultimo ex praemiſſis comprobatur vetus illa ſententia, omnia eſſe unum, quia omnia ſunt unum in Deo, in quo uno conſiſtunt. Omnia eſſe unum, in* ASCLEPIO, *& ad* TATIVM *filium, paſſim docet* TRISMEGISTVS, MELISSVS *univerſitatem hanc in uno eſſe dixit immutabili & infinito. Ad illud immutabile alia mutabilia in unum ita reducuntur. Qualitates ſeu accidentales formae, cum priore forma unam formam faciunt. Quae a luce ſunt orta, in unum cum luce coëunt. Sive calor, ſive color, ſive quae alia forma, corpori a luce formato ſuperveniat, in unam cum priore formam coit, cum luce ipſa, quae mater formarum. Notitiae quoque ipſi animae ſupervenientes, in unam cum anima lucem coeunt, & ſpiritus in*

 unum

unum cum ſpiritu. Singula haec in unum cum ſpiritu & luce coëunt. Spiritus & lux ſunt unum in Deo: ergo & alia ſunt unum in eo, univerſali quadam ratione. Rerum ideae, in quibus res ipſae in eſſe uno conſiſtunt, ſunt unum in Deo, res alias eo medio unum cum Deo eſſe facientes, in umbra eius veritatis, qua Chriſtus ſine medio eſt hypoſtatice unum cum Deo. Meminiſſe ſemper oportet, in omnibus eſſe analogias ad caput ipſum Chriſtum. Meminiſſe item, eſſe varios divinitatis modos, & ſubordinationes. PARMENIDIS *ergo &* MELISSI *de unico principio ſententia hoc modo vera erit. Hoc* XENOPHANES PARMENIDIS *praeceptor aperte declaravit, principium illud unum eſſe Deum.* ANAXIMANDER *quoque dixit, eſſe unicum infinitum cunctorum principium.* DEMOCRITVS *&* ANAXAGORAS *multorum principiorum ſubſtantiam unam eſſe dixerunt, ſed formas diverſas. Quod in divinis ideis locum habet.* TRISMEGISTI *doctrinam, veritati fere propinquam, hi omnes noverunt, quam* ARISTOTELES *ignoravit. Unicum eſt principium, unica verbi lux, lux omniformis, & caput omnium, Jeſus Chriſtus Deus noſter, principium creaturarum Dei.* Liber quintus totus de Spiritu ſancto agit. Sed inſtituti noſtri limites non patiuntur, ut captiones & ſubtilitates eius exponamus. At damus tamen definitionem eius Spiritus Sancti: *Ut omnia ſummatim concludamus, Spiritus S. ita paucis definitur, Spiritus S. eſt ſubſtantialis modus divinus, ſpiritui angeli & hominis accommodus.* Liber ſextus & ſeptimus dialogorum more conſcripti ſunt & hunc habent indicem: De *Trinitate* Divina, *quod in ea non ſit inviſibilium trium rerum illuſio, ſed vera ſubſtantiae Dei manifeſtatio in verbo, & communicatio in Spiritu, Dialogi Duo.* Dialogus primus agit *de legis umbris, & Chriſti complemento, angelorum, animarum, & inferni ſubſtantia.*

Collo-

Collocutores ſunt MICHAEL & PETRVS. MICHAEL SERVETI perſonam ſuſtinet, qui in ipſo libri initio auctorem ſe eſſe eius diſerte prodit. Dignum eſt initium hoc, quod apponamus.

ELohim ille apud MOSEN *initio creans, &* JOHANNIS *verbum, quod initio erat apud Deum, ad unam Chriſti perſonam referuntur.* PETR. *En adeſt,* SERVETVS *eſt, quem ego quaerebam. Heus, heus! Quid hic ſolus tecum loqueris?* MICHAEL. *Video Chriſtum a Chriſtianis ignorari. Video Chriſtianos dici, qui neſciant, in quo Chriſtianismi fides conſiſtat. Et videns ingemiſco. Si Chriſtus hodie veniens iterum praedicaret, ſe eſſe filium* Dei, *iterum eum Sophiſtae noſtri crucifigerent. Res una eſt, Chriſtus unus, Ens unum, filius unus. Ipſorum ſuppoſitum ſuppoſititium eſt, idioma ſophiſticum, & inviſibilis illuſio. Praeſtigioſa eſt eorum ſalus & praeſtigioſa mors illius inviſibilis rei. Sacrilega ſunt idiomatum ſophismata, per quae dicitur angelus intra pellem aſini mori, & Spiritus S. in mulo mori.*

Ex quo ſolo inſignis hominis temeritas apparet. Ex hoc etiam Dialogo philoſophia eius de anima intelligitur, cuius partem haec eius verba declarant: *Animae ſubſtantiam dixi eſſe ſpiraculum, ex aetherea a Deo inſpirata & hac elementari ſubſtantia, ſimul in unum conflatum, & tunc eam incipere, quando in praeparatum corpus a* Deo *inſpiratur. Eam ipſam dixi eſſe purioris ſanguinis lucidum vaporem, ſimul elementarem & aethereum: Et elementarem ſimul aqueum, aereum & igneum. Huic ſententiae ſubſcribent* HIPPARCHVS, DEMOCRITVS *&* LEVCIPPVS, *qui igneam animam eſſe dixerunt:* ANAXIMENES *&* DIOGENES, *qui aëream,* HIPPON, *qui aqueam,*

am, *&* CRITIAS *qui ſanguineam*: *ſubſcribent* EMPEDOCLES *&* PLATO, *qui ex omnibus elementis conſtare eam cenſent*: PYTHAGORAS *&* PHILOLAVS, *qui aiunt eſſe compoſitam harmoniam. Subſcribet* ALCMEON, *dicens eſſe ſubſtantiam aetheream*, CRITOLAVS *quintam eſſentiam*, POSSIDONIVS *ideam*, HERACLITVS *Phyſicus aſtrorum ſcintillam*, HERACLITVS *alter poeticus lucem. Subſcribent quoque, qui ex traduce eſſe animam dixerunt. Et alii, qui ex* Deo. *Eſt vere anima ea omnia. Eſt ſubſtantia aetherea, ab archetypo Chriſti delibata, elementaris ſubſtantiae ſybolum habens, ſicut eſt in ea ſymbolum ſpiritus & lucis* Dei. *Illud ſubſtantiale ſpiraculum, quod creatum dicitur, & cum ipſa* Deitate *immiſſum, & ſpiritalis quaedam lux, ideam divinam referens ipſi* Deo *inſita, a quo ſpirata illuſtratur, & iterum nova ſpiratione in unam cum eo lucem ſubſtantialiter coit per Spiritum ſanctum.* PET. *In concordiam hic facile redeunt* DEMOCRITVS *&* ANAXAGORAS *ab* ARISTOTELE *citati?* MICH. *Primus animam & mentem idem ſpiritualiter in homine eſſe putabat. Alter diverſa eſſe cenſebat animalem animam & mentem intellectualem. Mens prima eſt* Deus, *cuius eſt innata nobis proprietas, ob quam & anima rationalis ipſa mens dicitur. Ut res quoque diſtincta animae ſupervenit nova mens, ſpiritus novus unum cum ea ſubſtantialiter faciens.* PAVLVS *mentem diſcernit a ſpiritu, mentem vocans ipſam communem intelligentiam, & ſpiritum impetum ſuperadditum.* I. *Cor.* 14. *Quoquo modo mens eſt anima ipſa, & mens eſt veluti pars animæ.* Dialogus ſecundus *modum generationis Chriſti docet, quod ipſe non ſit creatus nec finitæ potentiæ, ſed vere adorandus, verusque* Deus. Ex hoc adducere aliquid propoſiti vetat ratio.

§. VI.

VI.

In auctione Bibliothecæ Domini DV FAY anno 1725. Lutetiae Pariſiorum habita, venditus eſt codex manu exaratus, qui librum III. IV. V. VI. & VII. horum librorum de Trinitate continebat & manu eleganti exaratus erat. Poſſeſſor Bibliothecae huius Dominus DV FAY in indice eius ad huius codicis n. 764. in 4. adnotavit, eum manu ipſius SERVETI exaratum eſſe, ac primam conceptionem videri Reſtitutionis Chriſtianismi. Emit autem illum illuſtriſſimus Comes DE HOYM, legatus Poloniae Regis ad Regem Galliarum, pretio centum ſeptuaginta ſex librarum Gallicarum. Inſpexit volumen hoc reverendus Vir MAGNVS CRVSIVS: nos quid ille ad nos de eo retulerit primum referemus, deinde animadverſiones quasdam adiiciemus. Sic ergo ille: Manus quidem eius aetatis eſſe videtur, nulla tamen ibi apparet nota hunc codicem SERVETVM auctorem habere, neque ulla facta erat mentio, eundem ipſius SERVETI manu fuiſſe deſcriptum, niſi quod in fronte libri nomen *Cœlii Horatii Curionis* legebatur. Summa vero huius voluminis haec erat:

I.

(1) *De Trinitate divina liber III.* Cuius initium: *Chriſtus „Jeſus Dominus & Deus noſter ex tam multis locis iam „patefactus, calcar nobis addit, & animum roborat „&c.* Finis hic erat:

„Vidimus Chriſtum, & in eo vidimus Patrem. In eo „vidimus lucem, Deum ipſum lucentem. Atque utinam „in hac viſione ita perſiſtamus, ut ad illum aeterna fu„turæ beatitudinis viſione nos perluceat hæc interna vi„ſio & glorificatio illius futuræ gloriæ nos iam hic parti„cipes faciens per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

(2) De

(2) De *Trinitate divina liber IV.* Cuius initium: *Viſo jam „Chriſto, & viſo in ejus facie patre* Deo, *non abs re fu-„erit, hoc libro quarto divinorum nominum ſignificatio-„nem exponere &c.* Finis hic erat:

„TRISMEGITI *doctrina nihi omnes noverunt,* ARISTOTELES *igno-„ravit. Unicum eſt verbi principium, unica verbi lux, lux omnifor-„mis, univerſalis ſapientia, & caput omnium Jeſus Chriſtus Domi-„nus noſter principium Creaturarum Dei.*

(3) *De Trininitate Divina liber V. in qua agitur de Spiritu ſancto.* Cu-„ius initium: *De ſpiritu ſancto ſermonem diſtulimus, donec cognita „eſſet hypoſtaſis verbi prolatione patefacti: quoniam relationem ad ver-„bum hic paſſim faciemus, in verbo Spiritum cognituri. Sicut in ver-„bo erat idea princeps creati hominis, ita in ſpiritu erat idea princeps „creati ſpiritus.*

II.

D*ialogi duo de Trinitate.* Primus agit *de legis umbris & Chriſti complemento, angelorum, animarum & inferni ſubſtantia.* Collocutores erant MICHAEL & PETRVS. Initium huius dialogi erat: ELOHIM *ille apud* MOSEM *initio creans, &* IOANNIS *verbum quod initio erat apud* Deum, *ad unam Chriſti perſonam referuntur.* &c.

Initium ſecundi Dialogi in hoc Codice MSCto deerat, quod iniectae duae paginae vacuae teſtabantur, unde titulus huius ſecundi Dialogi non notatus inveniebatur. Finis autem horum II. Dialogorum hic erat:

„*In ſolo Chriſto eſt veritas, æternitas, in eo ſolo eſt tota „plenitudo, & tota ſalus noſtra. Sit ille ſolus ſuper „omnia ſemper benedictus. Amen.*

§. VII.

Credo ego vero, non male ſuſpicatum eſſe Dominum DV FAY, codice hoc contineri libros hoſce SERVETI, quemadmodum primo ab eo in litteras relati ſunt. Nam fragmenta haec differunt ab editis quodammodo: quod argumento eſt, SERVETVM primum hunc librum manu exaratum cum amicis ſuis communicaſſe, poſtea vero, cum ederetur, immutaſſe & hinc inde aut truncaſſe aut amplificaſſe. Dedimus ſupra exitum libri quarti, ut in edito eſt codice: qui ſi conferatur cum fine huius libri, quem ex codice hoc MS. dedimus, diſcrimen inter utrumque eſſe, apparebit. Similiter initium libri V. paulo maius & plenius eſt in edito codice quam in hoc manu exarato. Sic enim ſeſe habet:

DE Spiritu ſancto ſermonem diſtulimus, donec eſſet cognita hypoſtaſis verbi, prolatione patefacti, quoniam relationem ad verbum hic paſſim faciemus, in verbo Spiritum cognituri. Quemadmodum Dei *eſſentia, quatenus mundo manifeſtatur, eſt verbum: ita quatenus mundo communicatur, eſt ſpiritus: eſtque manifeſtationi annexa communicatio. Quemadmodum in verbo erat idea princeps creati hominis, ita in ſpiritu erat idea princeps creati ſpiritus.*

Differt & finis dialogi ſecundi in libro edito, a fine huius dialogi, quem codex manuſcriptus habet. Sic enim legas in libro edito: *Verus ipſe eſt* Deus, *creator omnipotens & vere Jehovah. Cui ſoli cum* Deo Patre *in ſubſtantiae & Spiritus unitate regnanti, ſit in aeternum gloria, imperium & omnis poteſtas. Amen.* Neque hoc veri prorſus eſt diſſimile, ipſius SERVETI manu codicem illum

conſcriptum eſſe. Poſſeſſor enim eius, cuius nomen adſcriptum eſt, CAELIVS SECVNDVS CVRIO inter amicos & ſectatores SERVETI fuit, id quod alio loco, ſi Deo viſum fuerit, planum faciemus.

§. VIII.

Nunc ad codicem editum revertimur. In eo libros VII. de Trinitate excipiunt libri tres *de fide & juſtitia regni Chriſti legis juſtitiam ſuperantis & de charitate.* Horum trium librorum quodnam ſit argumentum, intelligitur ex hoc eius prooemio:

OStium jam eſt nobis apertum, ut per illud ingreſſi, omnia bene ſemper intelligamus. Nunc oſtium idem fidei Chriſtianae eſt nobis aperiendum, ut per illud ingreſſi omnia bene ſemper agamus. Nec enim bene intelligere, nec bene agere, eſt hactenus nobis datum. Quis hic non lacrymetur tantam Chriſtianismi jacturam, quod Chriſtianos nos omnes omnes eſſe dicamus, cum nec Chriſtianam fidem ſciamus, nec ſecundum Chriſtianam operemur? Non in fide ſolum jamdudum erratur, ſed in charitate quoque & operibus. Chriſtianus item a Judaeo non bene diſcernitur, regnum Chriſti neſcitur, & juſtificationis vis ignoratur. Jacto vero fidei Chriſtianae primo fundamento, non erit difficilis aliorum explicatio, quam ego tribus libris perſtringere conabor. In primo juſtificantem fidem & regnum Chriſti annunciabo. In ſecundo legem cum Evangelio conferam, & Chriſtianum a Judæo diſernam. In tertio charitatis cum fide collatæ vim & opera commendabo. Faxit Jeſus Chriſtus, ut bene nobis hæc omnis cedant!

Liber primus *de fide & iuſtitia regni Chriſti* inſcriptus eſt,

conſtat-

conſtatque IV. capitibus: quorum primum generatim agit de fide, ſecundum de fidei eſſentia, quam phyſice quoque, quanquam obſcure explanat. Definit autem ita fidem: *Fidem eſſentia ſua nos dicimus eſſe fiduciam, actum quendam, per quem certo cordis impulſu credimus Chriſto, & ita credendo eius ſpiritu vivificamur. Voluntarius eſt hic actus credendi in corde ſitus alium intelligendi actum adjunctum habens.* Caput tertium de iuſtificatione praecipit, quam ſola fide peragi pronunciat. Caput quartum *de regno Chriſti* agit. Liber ſecundus *de legis & Evangelii ac Judæi & Chriſtiani differentiis* agit, & tribus capitibus abſolvitur, quorum quidem primum oſtendit, *quod Judæum excellat Chriſtianus*, ſecundum docet, *quod in lege fuerit juſtitia carnis, cum in Evangelio ſit juſtitia Spiritus.* Caput tertium declarat, *quod in lege fuerit juſtitia factorum, cum in Evangelio ſit juſtitia fidei.* Liber tertius inſcribitur *de charitate cum fide collata & operibus bonis.* Sunt autem quinque eius capita, primum *de mercede agit & gloriae differentia*, quo hoc unum docetur, gradus fore vitae aeternae, ſecundum *de charitatis illuſtribus Epithetis* commentatur. Tertium *quid fides efficiat, quid charitas & opera* declarat. Quartum *de factorum origine & efficacia* exponit. Quintum denique *de charitatis & fidei collatione, ipſiusque charitatis excellentia* diſſerit.

§. IX.

Sequuntur de *regeneratione ſuperna & regno Anti Chriſti libri quatuor*, quibus haec *propoſitio* praemiſſa eſt, qua argumentum librorum ipſemet explicat:

G*Enerationem filii* Dei *naturalem, de Spiritu ſancto, de ſubſtantia ſuperna, prioribus ſeptemlibris, ut nobis*

 datum

datum eſt, diligenter explicuimus. Nunc generationem noſtram ſupernam, quae & regeneratio dicitur, de eadem Chriſti ſubſtantia veram eſſe, ſupereſt oſtendamus. Ipſe eſt per ſermonem Dei ex Spiritu ſancto naturaliter genitus, & nos per gratiam ipſius, vere, ſubſtantialiter. Generationem hanc in nobis eſſe, vere coeleſtem, qua novus homo deſuper generatur, ſacra doctrina certiſſime tradit. Generationis hujus veram efficaciam, per reſurrectionis Chriſti ſublimem potentiam, tu nunc Chriſtiane lector intelliges, ex aqua & ſpiritu deſuper genitus, ſimul & natus, ac coeleſtem ſubſtantiam novus homo conſequutus. Generationis novae ſupernae in te ipſo videbis magna myſteria, cum Chriſto ipſo ad coeleſtia immortalis reſurgens, novus homo ex veteri factus, & ex terreno coeleſtis. Ad hanc vero rem ab ipſis principiis ordine deducendam, de Adamo & lege ſunt nunc quaedam praemittenda. Noſſe prius oportet, qualem ob Adae peccatum ſit paſſus totus orbis jacturam, ut Chriſti reſtitutio integra plenius dignoſcatur. Noſſe inſuper legalem vim, qua peccatum augebatur, eſſe per Chriſtum ſublatam & legis typos eſſe per eum omnes impletos. Demum id quoque noſſe eſt neceſſarium, inſtauratorem Chriſtum non ſolum utramque illam Adae & legis jacturam fide reſarcire, ſed & coeleſtia alia ipſi fidei dona ſuperlargiri, per coeleſtem ex aqua & Spiritu S. regenerationem, ac coeleſtis cibi exhibitionem. Hinc factum, ut nos hanc totam redemptionis Chriſti energiam nunc oſtenſuri, cogamur de originali peccato, legis veteris circumciſione, & teſtamenti novi myſteriis, hic quoque diſſerere. Quam noſtri conſilii rationem poſt ea latius aperiemus, omnia ad baptismi veri comprobationem adducenda. De regno item Anti-Chriſti, poſt ſermones de Chriſto, pleraque ſuis locis adjiciemus, ut ſint apertae nobis

bis antitheſes , & oppoſita juxta ſe invicem poſita magis eluceſcant. De Adami itaque & beſtiae perditione , ac integra Chriſti reparatione, primo libro trademus. Deinde Judaicae circumciſionis myſtica ſignificata , & reliqua Chriſti & Anti-Chriſti myſteria, completa eſſe oſtendemus. Tertio tria eſſe docebimus apoſtolatus efficacia miniſteria, praedicationem , baptiſmum & coenam Domini. Quarto myſteria omnia baptiſmi ordine recenſebimus, poenitentiam & fidem praerequiri oſtendentes. Erit itaque totius operis ſumma tractatio de baptiſmo , quem in iis, qui Chriſti fidem non norunt , eſſe nullum dicimus , ac proinde parvulis inutilem & adultis neceſſarium. O Chriſte Jeſu, domine Deus noſter , adeſto, veni, vide, & pugna pro nobis.

Liber primus agit *de orbis perditione & Chriſti reparatione* duabusque conſtat partibus, quarum prima *de peccato originis* copioſe differit. Nos definitionem eius peccati huius , quae in fine libri p, 387. extat , huc transferre operae pretium ducimus:

Peccatum ergo originale in nobis, ut jam definiam, eſt ſerpentis occupatio , inhabitatio & poteſtas , ab ipſo Adam ducens originem. Peccatum hoc in parvulis eſt ſubſtantialiter, mors prima & infernus. Sub maledicta carne & a ſerpente occupata in libidine concepti ſunt. Non ſolum partus, ſed & conceptio ipſe eſt maledicta. Geneſ. 3. *In voluptate & libitine concipiuntur ab immundis immundi. Levit* 12. *Job.* 14. 15. 25. *& Pſ.* 50. *Venenum ſerpentis & errorum habent ab utero , Pſal.* 57. *ex patre diabolo geniti, Joan* 8. *Semen diaboli inimicum ſemini Dei dicto cap. Gen.* 3. *Arbor mala, faciens fructus malos, eſt a*

 diaboli

diaboli radice mala. Progenies viperarum, generatio peccatrix, adultera, prava, & filii rebellis matris, quae prae viro lapſa eſt. Hinc ſit etiam, ut matrem, hujus concupiſcentiae cauſam, proles potius torqueant, de vulva egrediantur cum fletu, inquieti ſint, inobedientiam quandam inſitam habeant, & rebellis carnis ſigna prae ſe ferant. Sed cum deſit ſcientia boni & mali, haec non arguunt eorum culpam, nec innocentiam laedunt, teſte ipſo Deo. Nullum eſt penitus, nec in coeleſti, nec in terreſtri juſtitia crimen, ſine ſcientia boni & mali: quanquam ſine ea ſint nunc infantium animae ſub tenebras in infernum deductae. Ob Adae peccatum non ſolum in eorum carnem, eſt intruſus ſerpens, ſed & in animam ſunt inductae tenebrae. Sub poteſtate ſunt tenebrarum, & tenebras ob id in infantia perhorreſcunt. Cum innata luce Dei ſunt in nobis & tenebrae. In anima noſtra eſſe lucem & tenebras, docet Chriſtus, dicens: Si lumen, quod eſt in te, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ? Hinc pugna naſcitur, ut quis per illuminationem Chriſti ab ea tenebrarum poteſtate liberetur. At infantuli nec pugnant, nec illuminantur, ſed manent adhuc ſub infernali regno.

Altera hujus libri pars *de coeleſti terreſtri ac infernali Satanæ & Anti-Chriſti poteſtate & de noſtra victoria* agit Hanc partem his precibus claudit:

Precamur igitur, o domine Jeſu, adveniat regnum tuum. Regnet in terra veritas tua. Circumcide domine cor noſtrum, ne a ſerpente amplius ſuperemur. Da ſervo tuo, militi tuo, ut contra draconem, ſerpentem, diabolum, qui poteſtatem beſtiæ, id eſt, Papæ dedit, potentia tua magna viriliter pugnet, & ſequentia circumciſionis myſte-

myſteria ita aperiat, ut liber tuus omnibus aperiatur. Tu enim ipſe, qui mentiri neſcis, Danieli revelaſti, utriusque teſtamenti libros, ſtante Romano imperio, deſtructa beſtia eſſe aperiendos, ut nunc aperiuntur. Et quod tunc judicium tuum in coelo ſedebit, ut pugnantibus miniſtris tuis cornu Anti-Chriſti perdatur, & regnum tuum ſanctis tuis reſtituatur. Dan. 7. *Lege hæc omnia Lector & fidem adhibe ſcripturis ſanctis. Aut ſaltem patientiam habe, donec ſequentia melius intelliges.*

Liber ſecundus inſcriptus eſt *de circumciſione vera cum reliquis Chrtſti & Anti-Chriſti myſteriis omnibus jam completis.* Hic liber duabus iterum partibus conſtat. Quarum prima inter alia contra baptismum infantum diſputat & neminem baptizari debere ante annum triceſimum, quo Chriſtus eſt baptizatus, pugnat. Altera parte ſigillatim *de Anti-Chriſti myſteriis jam completis* agit, & Papae Romani, quem Anti-Chriſtum eſſe docet, ſimulacrum multis in locis Veteris & Novi Teſtamenti figuratum eſſe contendit. Liber tertius *de miniſteriis eccleſiæ Chiſti & eorum efficacia* diſputat. Tria autem eſſe putat miniſteria eccleſiae Chriſti, praedicationem Evangelii, Baptismum, & Coenam Domini. Quare primo de efficacia praedicationis Evangelii, deinde de efficacia Baptismi, poſtremo de coena Domini agit. Baptismo magnam tribuit efficaciam homines prorſus regenerandi & renovandi, de coena vero Domini ſic agit, ut Lutheranos, Reformatos & Pontificios, ſeu ut ipſe loquitur *Impanatores*, *Trophiſtas* & *Transſubſtantiatores* oppugnet, ipſe vero quid ſentiat, perobſcure explicet. Liber quartus *de ordine myſteriorum regenerationis exponit.* In his myſteriis primum locum doctrinae Chriſti, ſecundum poenitentiae,

nitentiae, tertium fidei, quartum Catechismo, quintum baptismo, ſextum manuum impoſitioni tribuit. In primis baptismum infantum vehementer oppugnat, quod tamen quam frigide faciat, patet ex deſcriptionibus baptismi, quas p. 570. affert, ad paedobaptismum labefactandum: quas quidem nos inde transferemus.

Proferamus nunc baptismi veras deſcriptiones, quibus verbo Dei deſcribitur, & ex quibus veras diffinitiones conficies, ut fideas, quam longe abſint a pœdobaptismo.

1. *Babtismus eſt tinctio cum doctrina & manuum impoſitione. Heb. 6. At pœdobaptizati doceri non poſſunt.*

2. *Baptiſmus eſt vivum Dei opus, adiunctam habens poenitentiam, fidem & ſpiritus ſancti donum. Iibidem. Mortua autem haec omnia in pueris ſunt.*

3. *Baptiſmus eſt poſt opera mortua ita deſuper natum vivificari, illuminari, & futuri ſæculi virtutes ita guſtare, ut ſit relapſo res irreparabilis. Ibi. Sed pueri ſolum habent lactis guſtum, quem ſæpius repetunt.*

4. *Baptiſmus eſt abluere peccata invocato nomine Domini. Act. 22. Pueri vero neminem invocant, nec nomen Chriſti norunt.*

5. *Baptiſmus eſt Chriſto credentem inſtar mortis eius aquis ſepeliri, ibique circumciſione ſpiritus facta, corpus peccatorum deponere, & deinde cum Chriſto reſurgere. Coloſſ. 2. Quæ res in pœdobaptismo eſt merum præſtigium.*

6. *Baptiſmus eſt ſic cum Chriſto reſurgere, ut quaſi terrenis quis mortuus ſola coeleſtia curet, Coloſſ. 3. Pueri nil tale curant.*

7. Ba-

7. *Baptiſmus eſt ablui, juſtificari & ſanctificari in nomine Jeſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.* 1. *Cor.* 6. *Examina ſingulas partes, & vide an infantibus conveniant.*

8. *Baptiſmus eſt ablutione nova Chriſtum induere, tuncque filium Dei effici. Galat.* 3. *Quæ omnia pædobaptiſtis ſunt frivola & ridicula.*

9. *Baptiſmus eſt audito Dei verbo pœnitentiam agere, & tingi nomini Jeſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum, ut donum ſpiritus ſancti accipiatur. Act.* 2. *Pueri nec audiunt, nec pœnitent.*

10. *Baptiſmus eſt renaſci ex incorruptibili ſemine per ſermonem Dei, ut quis quaſi tunc genitus infans, omni dolo vacet & guſtet, quam ſuavis ſit Dominus.* 1. *Pet.* 1. & 3. *In pueros non ſeminatur ſermo, nec guſtare illi cœleſtia poſſunt.*

11. *Baptiſmus eſt navicula Chriſti, ab aquarum abyſſo nos eruens, idque efficiens, ut bona conſcientia per reſurrectionem Chriſti in cœlum erecta, bene reſpondeat apud Deum, quanquam ſordes in carne adhuc maneant. Ibi. Puerorum vero nulla eſt conſcientia.*

12. *Baptismus eſt* ἐπερώτημα *ſtipulatio bonæ conſcientiæ erga Deum, eſt declaratio fidelis animi erga Deum, quo ſordes animæ abluuntur. Ibidem. Stipulentur pædobaptiſtæ a ſuis parvulis, ut fidelem erga Deum animum declarent.*

13. *Baptiſmus eſt accendendo in certitudine fidei, ac depulſa conſcientia mala, ablui corpore aqua pura. Heb.* 10. *In pædobaptismo eſt ſicut baptizare campanas.*

14. *Baptiſmus lavacrum eſt regenerationis & renovationis ſpiritus, nos ſalvans, ut cæleſti juſtitia juſtificati regnum Chriſti poſſideamus. ad Tit. 3. Pueros regigni aut innovari, aut juſtificari, eſt unum purum nihil.*

15. *Baptiſmus eſt per operationem ſpiritus denuo ex aqua ita naſci, ut vocem ſpiritus audias, regnum Dei videas, & in cœlum ingrediaris. Joan. 3. Pædobaptizati nec vident, nec audiunt.*

16. *Baptiſmus eſt juxta veterem hominem una cum Chriſto veluti mortuum ſepeliri, & juxta novum ſic cum illo reſurgere, ut quemadmodum Chriſtus reſurrexit a mortuis, ita baptizatus in novitate vitæ ambulet, Rom. 6. At pædobaptizati ſerpentis vitam in carne vivunt, veteribus peccatis adhuc convoluti.*

17. *Baptiſmus eſt Chriſto ſic inſeri per hoc mortis ejus ſymbolum, ut & reſurrectionis ejus particeps fias. Ibidem Pueri nullius horum ſunt capaces.*

18. *Baptiſmus eſt mortis Chriſti ſic fieri participem, ut crucifixo veteri homine aboleatur corpus peccati. Ibid. Sed quid, obſecro, poſſunt infantes illi crucifigere?*

19. *Baptiſmus eſt a peccato ſic ablui, ut quemadmodum antea ſerviebamus injuſtitiæ & iniquitati, ita nunc ſerviamus juſtitiæ. Ibidem. Pueri nec juſtitiæ nec injuſtitiæ ſervire ſunt apti.*

20. *Baptiſmus eſt ſcire & credere, quod quemadmodum tunc cum Chriſto morimur, ita deinceps cum illo vivemus. Ibidem. Pueri vero nec credunt, nec quicquam ſciunt, nec vivendi rationem mutant.*

21.

21. *Baptiſmus eſt ſic orantem tingi, ut ei tunc cœlum aperiatur, Luc.* 1. *Pueri clauſis oculis plorant.*

22. *Baptiſmus eſt audita pœnitentiæ & nominis Jeſu Chriſti prædicatione, ſpiritu ſancto & igne cœlitus afflari. Ibidem. In pœdobaptiſmo ſolus auditur vagitus & ranarum clangor.*

23. *Baptiſmus eſt fide Chriſti ad aquas deſcendere & deinde aſcendere. Act.* 8. *Infantuli nec deſcendere poſſunt, nec aſcendere.*

24. *Baptiſmus eſt ſic tingi, ut per unum ſpiritum in unum corpus conjugamur, unius conſenſus unitate.* 1. *Cor.* 12. *Infantium nullus eſt conſenſus, aut ſpiritus aut corporis unitas.*

25. *Baptismus eſt audito evangelii verbo in unitate fidei lavacro aquæ mundari, ad unitatem & conſortium immaculatæ coeleſtis eccleſiae. Epheſ.* 4. *&* 5. *In paedobaptiſmo nulla ſpiritualis eccleſia colligitur, ſed chaos Babylonicum.*

Rudis admodum ſit doctrinae Chriſtianae, qui non ſtatim intelligat, haec omnia multum levitatis & vanitatis, parum vero ſtabilitatis habere.

§. X.

Sequuntur *Epiſtolæ triginta ad* IO. CALVINVM *Genevenſium concionatorem.* Multum hae epiſtolae rerum ſententiarumque memorabilium continent, quas nunc omittere cogimur. Prima Epiſtola *de Chriſti filiatione* agit, ſecunda, *de generatione Chriſti ex Dei ſubſtantia*

& an Deitas Chriſti dicatur filius. Tertia, *de Chriſti æterna & temperaria generatione.* Quarta *de natura angelorum & dæmonum, an habeant corpora & de Gigantibus* Gen. VI. diſputat. Quinta *de forma Chriſti*, quam aethercam SERVETVS dixerat, exponit: in quo argumento epiſtoſa ſexta & ſeptima quodammodo pergit. Octava *de ſapientia*, de qua Salomo Prov. VIII. loquitur, diſſerit. Nona decima, undecima, duodecima, decima tertia, decima quarta *fidem juſtificantem* perſequitur. Decima quinta & decima ſexta *de regeneratione & pædobaptiſmo*, quem oppugnat, commentatur. Decima ſeptima negat *corpus Chriſti loco circumſcriptum eſſe.* Decima octava *deſcenſum Chriſti ad inferos* defendit, decima nona *diſcrimen Ethnici, Judæi & Chriſtiani* explicat. Vigeſima *de eccleſiæ poteſtate* diſſerit. Vigeſima prima *de natura & potentia fidei, & an poſſit amitti* diſputat. Vigeſima ſecunda *contra abſolutum* CALVINI *decretum* pugnat. Vigeſima tertia, vigeſima quarta, vigeſima quinta *de legis Moſaicæ cærimonialis dignitate & abrogatione* fuſe commentatur. Vigeſima ſexta *de abrogatione legis forenſis Judæorum* ſcribit. Vigeſima ſeptima quaeſtionem hanc diſceptat, *an homini Chriſtiano liceat Magiſtratum gerere & occidere.* Prius affirmat, at poſterius negat, putatque optimam poenam exilium eſſe. Vigeſima octava *de officio Epiſcoporum & Presbyterorum in confeſſionibus & confirmationibus* diſſerit. Vigeſima nona parabolam Chriſti *de operariis in vinea* interpretatur. Trigeſima denique *de eſca ſpirituali* quam veteres Judaeos comediſſe Paulus ait, exponit.

§. XI.

His Epiſtolis ſuccedunt ſigna ſexaginta regni Anti-Chriſti,

Chriſti, & revelatio eius iam nunc praeſens. Haec ſigna his verbis claudit:

Non ſolum ſexaginta, ſed plus quam ſexcenta alia ſigna colliges, ex Jerobeam, Achab, Nabuchodonoſor, Antiocho, & aliis impiis: ex beſtiis illis in Babylone futuris, ex Chananæorum, Aegyptiorum & reliquorum omnium idolis & abominationibus usque ad Sodomiam & gigantes, quæ omnia ſunt in Anti-Chriſto completa.

CONCLVSIO.

Quisquis vere credit, Papam eſſe Anti-Chriſtum, vere quoque credet Papiſticam trinitatem, pædobaptiſmum, & alia Papatus Sacramenta eſſe doctrinas dæmoniorum. O Chriſte Jeſu, fili Dei, liberator clementiſſime, qui toties populum ab anguſtiis liberaſti, libera nos miſeros ab hac Baby'onica Anti-Chriſti captivitate, ab hypocriſi ejus, tyrannide, & idololatria, Amen.

Poſtremum locum occupat *de myſterio Trinitatis & veterum diſciplina ad* PHILIPPVM MELANCHTHONEM *& collegas ejus apologia.* Hac in apologia pleraque dogmata ſua contra MELANCHTHONEM ex antiquis eccleſiae doctoribus probare connititur. Vbivis autem ſatis acerbe agit, & MELANCHTHONI minime parcit, quod vel ex his eius verbis patet p. 672.: *Quanquam in ſervo arbitrio non tantum tu inſanias, quantum* LVTHERVS *&* CALVINVS *in reliquis tamen fere par eſt inſania.*

§. XII.

His omnibus duo addimus: Primo celeberrimum

 illum

illum locum apponimus, quo circulationem ſagnuinis, id quod maximi hodie Medici fatentur, diu ante HARVAEVM docuit. Extant illa libro quinto de Trinitate & non mediocrem rerum Medicarum peritiam oſtendunt.

Ut vero totam animae & ſpiritus rationem habeas, lector, divinam hic Philoſophiam adjungam, quam facile intelliges, ſi in anatome fueris exercitatus. Dicitur in nobis, ex trium ſuperiorum elementorum ſubſtantia eſſe ſpiritus triplex, naturalis, vitalis & animalis. Tres ſpiritus vocat APHRODISAEVS. *Vere non ſunt tres, ſed duo ſpiritus diſtincti. Vitalis eſt ſpiritus, qui per anaſtomoſes ab arteriis communicatur venis, in quibus dicitur naturalis. Primus ergo eſt ſanguis, cujus ſedes eſt in hepate & corporis venis. Secundus eſt ſpiritus vitalis, cujus ſedes eſt in corde & corporis arteriis. Tertius eſt ſpiritus animalis, quaſi lucis radius, cujus ſedes eſt in cerebro & corporis nervis. In his omnibus eſt unius ſpiritus & lucis Dei energia. Quod a corde communicetur hepati ſpiritus ille naturalis, docet hominis formatio ab utero. Nam arteria mittitur juncta venæ per ipſius fœtus umbilicum, itidemque in nobis poſtea ſemper junguntur arteria & vena. In cor eſt prius quam in hepara Deo inſpirata Adæ anima, & ab eo hepati communicata. Per inſpirationem in os & nares eſt vere inducta anima: Inſpiratio autem ad cor tendit. Cor eſt primum vivens, fons caloris, in medio corpore. Ab hepate ſumit liquorem vitæ, quaſi materiam & eum vice verſa vivificat. Sicut aquæ liquor ſuperioribus elementis materiam ſuppeditat, & ab eis juncta luce ad vegetandum vivificatur. Ex hepatis ſanguine eſt animæ materia, per elaborationem mirabilem, quam nunc audies. Hinc dicitur anima eſſe in ſan-*

ſanguine, & anima ipſa eſt ſanguis, ſive ſanguineus ſpiritus. Non dicitur anima principaliter eſſe in parietibus cordis, aut in corpore ipſo cerebri, aut hepatis, ſed in ſanguine, ut docet ipſe Deus. Gen. 9. Levit. 17. & Deuter. 12.

Ad quam rem eſt prius intelligenda ſubſtantialis generatio ipſius vitalis ſpiritus, qui ex aere inſpirato & ſubtiliſſimo ſanguine componitur & nutritur. Vitalis ſpiritus in ſiniſtro cordis ventriculo ſuam origenem habet, juvantibus maxime pulmonibus ad ipſius generationem. Eſt ſpiritus tenuis, caloris vi elaboratus, flavo colore, ignea potentia, ut ſit quaſi ex puriori ſanguine lucidus vapor, ſubſtantiam in ſe continens aquæ, aeris & ignis. Generatur ex facta in pulmonibus mixtione inſpirati aeris cum elaborato ſubtili ſanguine, quem dexter ventriculus cordis ſiniſtro communicat. Fit autem communicatio haec non per parietem cordis medium, ut vulgo creditur, ſed magno artificio a dextro cordis ventriculo, longo per pulmones ductu agitatur ſanguis ſubtilis: a pulmonibus praeparatur: flavus efficitur, & a vena arterioſa in arteriam venoſam transfunditur. Deinde in ipſa arteria venoſa inſpirato aeri miſcetur, & expiratione a fuligine repurgatur. Atque ita tandem a ſiniſtro cordis ventriculo totum mixtum per diaſtolen attrahitur, apta ſuppellex, ut fiat ſpiritus vitalis.

Quod ita per pulmones fiat communicatio & præparatio docet conjuctio varia & communicatio venæ arterioſae cum arteria venoſa in pulmonibus. Confirmat hoc magnitudo inſignis venæ arterioſæ, quæ nec talis, nec tanta facta eſſet, nec tantam a corde ipſo vim puriſſimi ſanguinis in pulmo-

pulmones emitteret, ob ſolum eorum nutrimentum, nec cor pulmonibus hac ratione ſerviret, cum præſertim antea in embryone ſolerent pulmones ipſi aliunde nutriri, ob membranulas illas, ſeu valvulas cordis, usque ad horam nativitatis nondum apertas, ut docet GALENVS. *Ergo ad alium uſum effunditur ſaguis a corde in pulmones hora ipſa nativitatis & tam copioſus. Item a pulmonibus ad cor non ſimplex ær, ſed mixtus ſanguine mittitur per arteriam venoſam. Ergo in pulmonibus fit mixtio. Flavus ille color a pulmonibus datur ſanguini ſpirituoſo, non a corde. In ſiniſtro cordis ventriculo non eſt locus capax tantæ & tam copioſæ mixitionis, nec ad flavum elaboratio illa ſufficiens. Demum paries ille medicus, cum ſit vaſorum & facultatum expers, non eſt aptus ad communicationem & elaborationem illam, licet aliquid reſudare poſſit. Eodem artificio, quo in hepate fit transfuſio a vena porta ad venam cavam propter ſanguinem, fit etiam in pulmone transfuſio a vena arterioſa ad arteriam venoſam propter ſpiritum. Si quis hæc conferat cum iis, quæ ſcribit* GALENVS *lib. 6. & 7. de uſu partium, veritatem penitus intelliget, ab ipſo* GALENO *non animadverſam.*

Ille itaque ſpiritus vitalis a ſiniſtro cordis ventriculo in arterias totius corporis deinde tranfunditur, ita ut qui tenuior eſt, ſuperiora petat, ubi magis adhuc elaboratur, præcipue in plexu retiformi, ſub baſi cerebri ſito, in quo vitalis fieri incipit animalis, ad propriam rationalis animæ ſedem accedens. Iterum fortius mentis ignea vi ille attenuatur, elaboratur, & perficitur in tenuiſſimis vaſis, ſeu capillaribus arteriis, quæ in plexibus choroidibus ſitæ ſunt, & ipſiſſimam mentem continent. Hi plexus intima omnia cerebri penetrant, & ipſos cerebri

ventri-

ventriculos interne ſuccingunt, vaſa illa ſecum complicata & contexta ſervantes, usque ad nervorum origines, ut in eos ſentiendi & movendi facultas inducatur. Vaſa illa miraculo magno tenuisſime contexta, tametſi arteriæ dicantur, ſunt tamen fines arteriarum tendentes ad originem nervorum meningum. Eſt novum quoddam genus vaſorum. Nam ſicut in transfuſione a venis in arterias, eſt in pulmone novum genus vaſorum, ex vena & arteria: ita in transfuſione ab arteriis in nervos, eſt novum quoddam genus vaſorum, ex arteriæ tunica & meninge: cum præſertim meninges ipſæ ſuas in nervis tunicas ſervent. Senſus nervorum non eſt in molli illa eorum materia, ſicut nec in cerebro. Nervi omnes in membranarum filamenta deſinunt, exquiſitisſimum ſenſum habentia, ad quæ ob id ſemper ſpiritus mittitur. Ab illis itaque meningum ſeu choroidum vaſculis, velut a fonte, lucidus animalis ſpiritus, veluti radius per nervos effunditur in oculos & alia ſenſoria organa. Via eadem, viceverſa, advenientes extrinſecus ſenſatarum rerum lucidæ imagines, ad fontem eundem mittuntur, quaſi per lucidum medium intro penetrantes.

Deinde animadverto, videri Reſtitutionem Chriſtianismi ad MELANCHTHONIS etiam manus perveniſſe. Id colligio ex verbis, quae leguntur in propoſitionibus, de quibus diſputavit ſub MELANCHTHONE Mag. HENR. STHENIVS MVNDERVS Wittebergae die converſionibus Pauli anno 1544. *theſi* 34. *Tom. IV. operum Melanchth.* p. 586. *Nunc & Samoſateni furor renovatur ſcriptis* SERVETI, *recens iterum auctis & editis, in quibus cum alia falſa dogmata traduntur, tum vero maxima contentione oppugnatur doctrina Symboli Nicaeni de filio Dei & de*

Spiritu Sancto. Sæpe vociſeratur SERVETVS *nos latinam vocem perſonæ acute intelligere, dici tres perſonas, ut in ſcena, quia unus & idem, qui nominatur Pater, alius aliter ſe oſtenderit.*

§. VIII.

PROMISSA SERVETI SCRIPTA

DE *Theſauro animæ ſeu* Deſiderio *peregrino,* quem SANDIVS & multi alii inter SERVETI ſcripta quoque referunt, nunc commentari nolumus, quoniam nullo probari modo poteſt, librum hunc a SERVETO profectum eſſe. Ejus autem loco de ſcriptis, quae affecta SERVETVS habuit & pollicitus eſt, nonnulla libet adiicere. ALPHONSVS LINCVRIVS (g) multa eum in Italia edere voluiſſe ſcripta his verbis docet:

SERVETVS *alias Rennes dictus, multa in Gallia & Germania paſſus, Venetias abire cogitabat, ut univerſum Vetus Teſtamentum commentariis illuſtraret, niſi Genevæ in tranſitu exuſtus fuiſſet. Sermones multos editurus erat, ſub iis, ni fallor, titulis; de vera ſcripturarum intelligentia, de origine defectus ab Apoſtolica doctrina, de potentia veritatis, de vera unius Dei cognitione, de errore Triadis, de Verbo & Spiritu ſancto, de exaltatione hominis Jeſu, de natura & miniſterio angelorum, de zelo & ſcientia, de efficacia fidei, de vi charitatis, de corpo-*

(g) In praefationem quinque librorum declarationis Jeſu Chriſti filii Dei apud SANDIVM in Biblioth. Anti-Trinit. p. 15.

corpore, anima & ſpiritu, de natis & regenitis, de vocatione & electione, de præſcientia & prædeſtinatione, de humanis operibus & ceremoniis, de baptiſmo aquæ & ſpiritus, de coena Domini, de peccato & ſatisfactione, de juſtificatione, de timore & amore Dei, de vera eccleſia, de capite & membris, de dormitione ſanctorum, de reſurrectione mortuorum & viventium immutatione, de die judicii, de beatitudine electorum &c.

De circumciſione liber. Hunc promittit in Dialogo primo de Trinitate a. 6. b. ſeu pag. 10. *Dicam ego de hac re in Tractatu de circumciſione, & in Tractatu de juſtitia regni Chriſti, ubi oſtendetur, quomodo plenitudo & complementum legis eſt Chriſtus, quod noſtro ſæculo eſt ſcitu valde neceſſarium.* Idem promiſſum repetit in Reſtitutione Chriſtianismi lib. I. de fide & iuſtitia: *In Chriſti perſona impletæ ſunt omnes legis figuræ & omnia ceremoniarum myſteria de quo in libro de circumciſione dicemus.* Sed promiſſus hicce liber idem fortaſſis eſt de circumciſione vera, de quo ante egimus, qui Reſtitutionis Chriſtianismi p. 411. extat. Forte etiam, quem pollicetur, de iuſtitia regni Chriſti tractatus, tres illi libri ſunt, qui de fide & iuſtitia regni Chriſti in hac Reſtitutione agunt.

De cœna Domini. Dialogo ſecundo de Trinitate p. 33. *Oſtendam ego*, inquit alibi, *nullum eſſe, qui cœnæ Domini veritatem attigerit.* Huic etiam promiſſo ſtetiſſe videtur, quod ex illis patet, quæ paulo ante diximus.

De Votis. In Dialogis de Trinitate c. 6. b. *Oſtendemus nos alibi unum eſſe Chriſtianis votum, quo omnia vota legis ſunt impleta, & quod omnes Nazaraeatus leges unico actu ſunt per Chriſtum in omnibus Chriſtianis impletæ.*

De ſervo arbitrio promittit etiam alicubi ſe ſigillatim acturum eſſe, ſed locus nunc non occurrit.

Finem faciat Epitaphium, quod WOLFFGANGVS MVSCVLVS (h) SERVETO ſcripſit.

SERVETVS ex Hiſpania
Qui tam diu non debuit
Inter fideles vivere,
Hic Satanae fantasmata
Illuſiones Daemorum
Habere dicit pro Deo
Et propter hanc blasphemiam
Linguamque deteſtabilem
Non propter errores graves,
Quibus ſcatebat plurimis,
Flammis Genevae extinctus eſt.

(h) Extat illud in rariſſimo libello cuius index: *Contra libellum* CALVINI, *in quo oſtendere conatur haereticos iure gladii coercendos eſſe* p. 176.

DILIGENTIAE, VIRTVTIS ET ERVDITIONIS
LAVDE FLORENTISSIMO ET CLARISSIMO

HENR. AB ALLWOERDEN

S. P. D.

IO. LAVR. MOSHEMIVS.

TRia fere luſtra praeterlapſa ſunt, quum ad Hiſtoriam librorum *publica auctoritate* combuſtorum *condendam iuvenis me applicarem. Fervebat tum temporis ſtudium Hiſtoriae, quam litterariam vocant, nec quisquam facile nomen inter eruditos conſequi poterat, niſi ſuam in hoc genere peritiam ſpecimine quodam declaraſſet. Quapropter & mihi, ut iuvenum ingenia plerumque ſervire ſolent temporibus, aliquid huiusmodi audendum atque ſingulare hoc argumentum excutiendum eſſe cenſebam. Ac ſic meo mihi fata vivere permiſiſſent arbitrio, non mediocre hodie extaret volumen, obſervationibus fortaſſis non plene ſpernendis cum de ipſis auctoribus, quorum opera non tulit ſummorum magiſtratum ſeveritas, tum de libris eorum, quos carnifici delendos tradiderunt, refertum. Verum non paſſa eſt divina provitentia tantum me in hisce rebus temporis conſumere, & ad alia repente iuſſit abire negotia, ſed cum quibus minor forte iucunditas, at maior coniuncta eſt utilitas. Parui ego voluntati ſupremi Numinis, ſchedasque non levi labore congeſtas ad nullius momenti chartas amandavi, una MICH. SERVETI, magni nominis, at infeliciſſimi Medici, Hiſtoria, quam per otium perficerem & expolirem, mihi reſervata. Etenim in hac indaganda quoniam non parum poſueram induſtriae, viris eruditiſſimis per litteras quoque conſultis, neque neſciebam, cognitionem fatorum miſeri hominis multum aliis ad prudentiam & ſapientiam adiumenti eſſe allaturam, recte atque ordine me facturum ſtatui, ſi in inſtituto labore perſeverarem. Verum, amplificatis quotidie curis & occupationi-*

bus meis, & ab hoc paene deſtiti propoſito: atque periiſſent fortaſſis omnino labores, niſi TV, Vir ornatiſſime, interceſſiſſes. Argumentum flagitabas excercitationis Academicae, qua fautoribus & patronis ingenium & ſolertiam probares. Cognitae vero mihi & perſpectae erant opes ingenii TVI, cognita inſignis induſtria & laboris patientia, cognita denique, quam Roſtochii iam collegeras, doctrinae copia. Itaque non dubitavi negotium hoc TIBI committere, atque Hiſtoriam SERVETI coacinnandam, & apte conſtruendam tradere. Satis autem meae feciſti expectationi, remque omnem, quaemadmodum ſperaveram, ſic exſequutus es, ut cur TIBI gratulentur, ſatis boni omnes & aequi exiſtimatores cauſſae habeant. Qui ſi ingentem illam rerum ſylvam conſpicerent, ex qua hanc compoſuiſti Hiſtoriam, iudicium certe TVVM & indefeſſum ſtudium aeque laudarent, atque nunc aequitatem TVAM, modeſtiam & ſagacitatem laudabunt. Temporis ratio & alia obſtiterunt, quo minus illa adiiceres, quae de doctrina, ceterisque ad miſerum hominem pertinentibus ſcitu ſunt iucunda & neceſſaria. Verum illis, qui hoc deſiderabunt, aut TV medeberis in poſterum, aut fortaſſis ipſe aliquando, ſi per otium licuerit, conſulam. Interim fuere, Vir nobiliſſime, *ſtudii TVI & laboris fructibus, exemploque TVO alios quamprimum doce, numquam illis patronos & divinum auxilium deeſſe ſolere, qui nec ſibi, nec patronis, nec divino deſunt auxilio. Vale meque TVI ſtudioſiſſimum amare perge. Dab. in Acad. Julia prid. Kal. Aprilis MDCCXXVIII.*

mk|-|

Collated complete MHS

ab, A-2D[4]